

Copyright information

Eisenbeck, Emil Karl August, 1858-
Observationes in Monetam Graecam.
Berlin, 1884.

ICLASS Tract Volumes T.23.3

For the Stavros Niarchos Digital Library Euclid collection, [click here](#).



This work is licensed under a [Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Unported License](#).

This book has been made available as part of the Stavros Niarchos Foundation Digital Library collection. It was digitised by UCL Creative Media Services and is copyright UCL. It has been kindly provided by the [Institute of Classical Studies Library and Joint Library of the Hellenic and Roman Societies](#), where it may be consulted.

Higher quality archival images of this book may be available. For permission to reuse this material, for further information about these items and UCL's Special Collections, and for requests to access books, manuscripts and archives held by UCL Special Collections, please contact [UCL Library Services Special Collections](#).

Further information on photographic orders and image reproduction is available [here](#).




With thanks to the Stavros Niarchos Foundation.



UCL Library Services
Gower Street, London WC1E 6BT
Tel: +44 (0) 20 7679 2000
ucl.ac.uk/niarchoslibrary



NOT TO BE
REMOVED
FROM THE
LIBRARY



17 3

Observationes in monetam
Graecam.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILIELMA BEROLINENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XVII. M. JULII A. MDCCCLXXXIV
H. L. Q. S.
PUBLICICE DEFENDET
AUCTOR
AEMILIUS EISENBECK
GEDANENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:
F. RICHTER, CAND. PHIL.
CHR. SCHERER, CAND. PHIL.
A. FRAATZ, CAND. PHIL.

BEROLINI.
TYPIS A. HAACK.
DOROTHEENSTR. 55.

Observationes in Dionysium

Caesarem

PRELATIO

IN ANTIQVARIIS LIBRARIIS

VENI

MDCCCXXXIII

IN BIBLIOPOLYGRAPHIA M. G. B. M. G. B. M. G. B.

ALIA BIBLIOPOLYGRAPHIA M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS

LIBRARIUS M. G. B. M. G. B. M. G. B.

LIBRARIUS

Quae

In nullo ingenium con-
enim gravissi-
morum eudeno-
usus in civita-
ipsa, quibus
oribus gentib-
novaverint, h
μᾶ. Om
Boeckhio auc
randum id pe
Orientalibus
peregrinam h
servavisse ne
genus, cui h
attingeret.

τάλαντον.
afferunt ad i
δραχμῆς, qui
sint priorum
signatum tru
quemadmodu
νόμισμα) ἀπλᾶ
καὶ χαρακτῆρ
Clarissima h

*) Alteram
usque ad Alexa
iris faciam in
1) Herod. I
2) Böckh:

PARS I.*)

Quae a Graecis de ipsorum moneta tradita sint.

A. Vocabula numaria.

In nullo alio genere Graeci magis sui fuerunt suumque ingenium comprobaverunt quam in re numaria. Quamquam enim gravissimis testibus Herodoto et Xenophane Lydos numerorum cudendorum inventores fuisse constat¹⁾ publicus monetae usus in civitatibus Graecis primum institutus est, et vocabula ipsa, quibus Graeci in hoc genere utuntur, quid ab antiquioribus gentibus acceperint, quid ipsi primum instituerint et novaverint, luculenter significant.

μνᾶ. Omnia enim Graecae originis sunt, uno exempto, quod Boeckhio auctore Chaldaicum esse putamus: μνᾶ. Ad numerandum id pertinet²⁾ et ostendit Graecos etiam hac arte ab Orientalibus imbutos esse. Nec quisquam mirabitur, illos peregrinam hanc vocem, ex qua Romani *minam* suam traxerunt, servavisse nec suam in linguam vertisse, quum id numerorum genus, cui hoc nomen inditum erat, usum cotidianum parum attingeret.

τάλαντον. λίτρα. στατήρ. Sed utilitatem multo maiorem afferunt ad illam rem intellegendam vocabula τάλαντου, λίτρας, δραχμῆς, quippe quae ex appendendo metiendoque petita vestigia sint priorum temporum, quibus metallum nec formatum nec signatum trutina pensabatur, si quis merces soluturus erat, quemadmodum Aristoteles dicit (Pol. I 9): τὸ μὲν πρῶτον (τὸ νόμισμα) ἀπλῶς ὀρίσαντες μεγέθει καὶ σταδμᾶ, τὸ δὲ τελευταῖον καὶ χαρακτῆρα ἐπιβαλόντες ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως αὐτούς. Clarissima horum verborum documenta illa sunt numismata

*) Alteram huius dissertationis partem, qua quae fuerint typorum usque ad Alexandri Magni aetatem genera et sensus agetur, mox publici iuris faciam in de Salletii „Zeitschrift für Numismatik“.

¹⁾ Herod. I 94. Pollux Onom. IX 83.

²⁾ Böckh: Metrolog. Untersuchungen p. 34. 39.

summae vetustatis, quae nihil nisi lateres nude notati typum fasciatum vel rudem feriendi formam insignium loco perhibent.¹⁾ Postea demum signa impressa sunt.

Ac antiquos iam scriptores non fugit, Homeri *τάλαντον* aliud ac posteriorum esse, quod ex illis Iliadis versibus (VIII 69 sqq.):

καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα·

ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτῳ,

Τρώων δ' ἵπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων

apertissime eluceret, lancem hic significatam esse, dum ex alio eiusdem carminis loco perspiceretur, talentum minoris pretii fuisse quam postea aestimatum esset (Poll. IX 55): ὅτι δὲ παρὰ τοῖς ἐφ' Ὀμήρου ὀλίγον τὸ *τάλαντον* ἠδύνατο μάθοις ἂν ἐκ τῆς ἵπποδρομίας, ἐν ἣ τῶ μὲν τρίτῳ τὸ ἄθλόν ἐστι λέβης, τῶ δὲ τετάρτῳ δύο χρυσοῖο *τάλαντα*.²⁾ Cf. praeterea Schol. ad Il. XXIII 269 cod. Venet. B. (ed. Dind. vol. IV): πῶς τῶ τετάρτῳ πάντων μείζον δίδωσι; φησὶν οὖν ὁ Ἀριστοτέλης μὴ εἶναι τὸ *τάλαντον* ὠρισμένον ποσόν, ἀλλὰ καὶ μείζονος λαμβάνεσθαι· νῦν μὲν γὰρ ὡς ἤττον ἵππου λαμβάνεται, ἐν δὲ ταῖς λιταῖς ὡς μείζον. Nostro autem tempore viri eruditi reputaverunt, id tantem valuisse, quanti Asiatici „shekel“, quod dicitur, duxissent.³⁾

Adice quod etiam *λίτρα* et *στατήρ* eiusdem fere notionis sunt: illius proprietates manifesta est, si *libra* Latini sermonis ad comparandum arcessitur; hic sicut *στάθμη* et *σταθμός* ex metiendo assumptus ad pendendum translatus est.

Quapropter *τάλαντον*, *λίτρα*, *στατήρ* semper ad genus quoddam ponderis et pecuniae appellandum usurpata sunt, et metaphorice ei, qui fenerantes aurum argentumve pensitant, *στατήρες* dicuntur.

¹⁾ The Numismatic Chronicle 1875 p. 259 sqq. (Barclay Head). — cf. Soutzo: Systèmes monétaires primitifs de l'Asie Mineure et de la Grèce. Bucharest 1884 p. 28 et p. 4: cependant que la science progresse, on constate tous les jours plus sûrement l'existence d'une circulation de métaux précieux en lingots de poids fixes, antérieurs à l'invention monétaire et cela suppose une relation presque forcée entre le poids de la première monnaie frappée et celui de l'unité de pesée; car l'on a sans doute estampillé pour la première fois le lingot déjà en circulation, précisément pour en garantir la valeur.

²⁾ Il. XXIII 262 sqq.:

θῆκε γυναῖκ' ἀγαγέσθαι ἀμύμονα ἔργα ἰδυῖαν
καὶ τρίποδ' οὐατόεντα δυωκαιεικοσίμετρον
τῶ πρώτῳ. ἀτὰρ αὖ τῶ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκεν
ἔξετε' ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν·
αὐτὰρ τῶ τρίτάτῳ ἄπυρον κατέθηκε λέβητα
καλόν, τέσσαρα μέτρα κεχανδότα, λευκὸν ἐτ' αὐτως·
τῶ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα,
πέμπτῳ δ' ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκεν.

³⁾ Bortolotti: Del talento Omerico, in Commentationibus Mommsenianis. Berol. 1877 p. 282 sqq.

Enimvero in
Magni serva
illa στατήρες
ἀποδοτήρες οἱ
debitorum no
primi notissi
libras indux
ad Graecos

δραχμή.
inventi cuiu
num massa r
hendebant, t
turam facier
esse³⁾, non s
ἀράξ sed et

ποσούτων γὰρ
acute proba
aeque dimidi
omnino resp
hoc vocabulu
suetudine q
accurate ren
numariae ali
ut ita dicam
mentos. Sim
hodieque usu
ex prioribus
quaedam eiu
etiam Aristot

μεγέθει καὶ
νόμος νο
didicerint, se
formam vern

¹⁾ Lorenz
²⁾ Joan L
λοστάται τῶ
ᾧθεν καὶ κατή
Altertum III 1
³⁾ G. Curt
⁴⁾ cf Pollu
est (IV 17).
⁵⁾ Soutzo
⁶⁾ Exempla
de eius modi
ein Mass; in
ein Gewicht,
in specie bei B

Enimvero in Epicharmeo illo versu, quem auctor Etymologici Magni servavit, alius sensus inesse non videtur, etsi explicatione illa *στατήρες οἱ χρεῶσαι* paullisper obscuratur: *Πολλοὶ στατήρες, ἀποδοτῆρες οὐδὲ εἷς, Ἐπίχαρμος Προμηθεῖ*¹⁾, i. e. creditorum multi, debitorum non unus. Ac Phoenicum haec verba nos monent, qui primi notissimique antiquitatis argentarii lucri causa feruntur libras induxisse²⁾: ab Asiaticis et numerandi et pendendi ars ad Graecos propagata est.

δραχμή. Vocabulum autem *δραχμή* videtur indicium esse inventi cuiusdam Graecorum: ut facilius citiusque pateret, num massa metalli iusta esset, tantummodo manu eam comprehendebant, trutina non usi, itaque monetam magis ad mercaturam faciendam accommodabant. Nam hanc vim nomini esse³⁾, non solum aliae voces eiusdem etymi ut *δράσσεσθαι* et *δράξ* sed etiam Plutarchus plane confirmat (*Lys. c. 17*): *τοσοῦτων γὰρ ἡ χεῖρ περιεδράττετο*⁴⁾. Sed nuperrime Soutzoius acute probavit, Lydos remotis iam temporibus *στατήρας* suos aequae dimidiasse numosque edidisse, qui drachmis Graecorum omnino respondissent⁵⁾. Itaque dubitari vix potest, quin etiam hoc vocabulum sicut *τάλαντον στατήρ, λίτρα* principio ex consuetudine quadam Asiaticorum profectum sit. Ac si quis accurate rem examinat, concedet opinor, homines primitiis rei numariae aliquantulum superatis ad res minoris pretii bilancem, ut ita dicam, paullatim abolevisse, metallum ad modum pugilli mensos. Simplicissimum est genus mensurae simulque ponderis, hodieque usurpatum⁶⁾, ut tarda pendendi opera liberet, quum ex prioribus experimentis constet, quanti ponderis massa quaedam eiusdem materiae eiusdemque mensurae sit. Fortasse etiam Aristoteles hanc rem illo loco iam enotato verbis *ὀρίσαντες μεγέθει καὶ σταθμῶ* significat.

νόμος νόμισμα. Sed quantumvis Graeci ab aliis gentibus didicerint, semper id suos ad mores adaptaverunt peregrinamque formam vernacula commutaverunt. Moneta, quae apud Asia-

¹⁾ Lorenz: Fragm. Epicharmi n. 4.

²⁾ Joan. Lyd. de mens. I 9 p. 5: *Φοίνικες πρῶτοι τοκογλύφοι καὶ ὀβολοστάται τυγχάνοντες γράμματα καὶ σταθμούς καὶ ἀπλῶς κερδαίνειν ἐπενόησαν, ὄθεν καὶ καπήλους αὐτοὺς οἱ ποιεῖται καλοῦσιν*. — cf. Movers: Das phöniz. Altertum III 1 p. 56, 116 sq. Böckh: Staatshaush. d. Athen. I p. 184 sqq.

³⁾ G. Curtius: Grundzüge der griech. Etymol.⁴ p. 211.

⁴⁾ cf Pollux IX 77. Athenaeo auctore drachma alibi *ἀργυρίς* nominata est (IV 17).

⁵⁾ Soutzo l. l. p. 12.

⁶⁾ Exempli causa afferam, quae vir mihi cognatus familiarisque benigne de eius modi usu infectorum scripsit: „Handvoll“ bedeutet in erster Linie ein Mass; in zweiter Linie aber verstehen die Färber darunter insofern ein Gewicht, als sie mit einer Hand eine bestimmte Quantität erfassen, in specie bei Baumwollengarn 1 Pfund, oder, falls es „gerungen“ ist, 2 Pfund.

ticos regis iussu feriebatur, apud Graecos singularum civitatum erat, quarum propter multitudinem, non uni imperio subiectam, tamquam legitimum institutum habebatur, ne cuilibet liceret vilitatem ei facere. Huius rei testes sunt νόμος et νόμισμα, quorum alter ad legem pertinet vel ad ea, de quibus cives convenerunt, alterum ad ea, quae legibus sancita sunt. Nam Aristoteles ea sic definiit (Rhet. I 10,2): νόμος δ' ἐστὶν ὁ μὲν ἴδιος, ὁ δὲ κοινός· λέγω δὲ ἴδιον μὲν καθ' ὃν γεγραμμένον πολιτεύονται· κοινὸν δέ, ὅσα ἄγραφα παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι δοκεῖ; — (Ethic. V 8): ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονεν κατὰ συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο τοῦνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστίν, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον, quibus adiungamus, quae Athenaeus ex eodem auctore excerpit (XI p. 508 A): νόμος γὰρ ἐστίν, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης, λόγος ὠρισμένος καθ' ὁμολογίαν κοινήν πόλεως, μὲν ὡς δεῖ πράττειν ἕκαστα. Quum autem cives legibus sive γεγραμμέναις sive ἀγράπτοις vetarentur aliquid conari, quod omnium eorum consuetudini repugnaret, νόμος nimirum etiam ad consuetudinem ipsam adhibebatur, velut Sophocles Aiacem, qui Eurysacem filium sociis mandat, haec facit loquentem (Ajax 548 sq.):

ἀλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
δεῖ πωλοδαμνεῖν κάξομοιοῦσθαι φύσιν.

His vocabulis in pecuniam translatis perspicuum fit, quantum ei ponderis inesse Graeci voluerint. Nec exempla requirenda sunt, quae hunc νόμου et νομίσματος usum testentur, quandoquidem inter omnes constat, colonos Sicilienses Italicosque quoddam numorum genus νοῦμον nominavisse, Romanosque numi vocabulum ab eis accepisse. Suo igitur iure Pollux annotat (IX 79): ὁ δὲ νοῦμος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοῦνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων, et Suidas profert (s. v.) Δωριεῖς δὲ ἐπὶ νομίσματος χρῶνται τῇ λέξει, καὶ Ῥωμαῖοι παραστρέφαντες νοῦμμον λέγουσι. Ad νόμισμα autem, quo Graeci saepissime pecuniam significaverunt, praeter locum illum Aristotelicum alius orationis Demosthenicae (c. Timocr. XXIV § 212 sq.) proferatur: λέγεται γὰρ τοῖς δικασταῖς αὐτὸν (sc. Σόλωνα) εἰπεῖν . . . ὅτι νόμος ἐστὶν ἀπάσαις ὡς ἔπος εἰπεῖν ταῖς πόλεσιν, ἐάν τις τὸ νόμμα διαφθείρῃ, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι, et paullo post: ἀργύριον μὲν νόμισμα εἶναι τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων ἕνεκα τοῖς ἰδιώταις εὐρημένον, τοὺς δὲ νόμους ἡγοῦτο νόμισμα τῆς πόλεως εἶναι. Optime haec cum eis congruunt, quae ex nominibus ipsis sequuntur: quemadmodum numi legitimi sunt nec adulterari debent, ita leges monetae loco habendas privati commodi causa novare non licet.

Romanis denique quibus a Graecis non solum numi sed etiam talenti, librae, drachmae, numismatis nomina obvenerunt,

usitatissima
qui Italiam
magistri Ro.
νοῦμος, λίτρα.
manis fuit.

ὀβολός.

apparet, Gr.

de aliis As.

Scilicet com.

ex scriptorib.

Italicos, Ga.

sive annulis

esse¹⁾, quam

fuerit. Huo.

esse. Nam

certissime e

maxime pro

opinio veri

Phidonis ae

monetaeque

iam suspica

καὶ τὸ πάμπ

σθηροῖς ἀφ

καλεῖσθαι, qu

(IX 77): τ

ὀβελίς ἔγρα

ὀβελός illo

more gram

tum est. E

numismata

illorum nom

quum in te

asservari se

Φεῖδων Ἀργ

τοὺς ὀβελίσι

oboli vim

ὠνομάσθαι,

εἰς μῆκος ἡδ

assensum v

interpretati

ὀβολοστάτης

fluxerit. E

¹⁾ Brand

²⁾ Phot

usitatissima eorum *numus* et *libra* fuerunt, utpote quum Graeci, qui Italiam Siciliamque tenebant, hac sicut aliis in rebus magistri Romanorum, monetae hanc partitionem admoverent: νοῦμος, λίτρα, οὐγκία. Eadem de re unciae quoque nomen Romanis fuit.

ὀβολός. οὐγκία. Tum aliae sunt significationes, ex quibus apparet, Graecis eadem rei numariae primordia fuisse quae de aliis Asiaticorum et Europaeorum gentibus traduntur. Scilicet compluribus ex testimoniis, sive ex monumentis sive ex scriptoribus, facile colligitur, Assyrios, Phoenices, Aegyptios, Italicos, Gallos, Britannos principio lateribus sive placentis sive annulis ex quocunque metallo factis in solvendo usos esse¹⁾, quamquam pro certo non habemus, quid eorum primum fuerit. Huc videntur Graecorum ὀβολός et οὐγκία referenda esse. Nam quum multis antiquorum auctorum testimoniis certissime confirmetur ὀβολῶ sicut ὀβελῶ et ὀβελίσκῳ, qui ei maxime propinqui sunt, genuinam fuisse veruum notionem, opinio veri simillima est, vetustam illam pecuniam, quae ante Phidonis aevum exstitisset, ad veruum modum formatam fuisse monetaeque noviciae nomen suum porrexisset. Haec Plutarchus iam suspicatus est, qui ita scribit (Lys. c. 17): κινδυνεύει δὲ καὶ τὸ πάμπαν ἀρχαῖον οὕτως ἔχειν ὀβελίσκοις χρωμένων νομίμασι σιδηροῖς· ἀφ' ὧν παραμένει πλῆθος ἔτι καὶ νῦν τῶν κερμάτων ὀβολούς καλεῖσθαι, quibuscum compares, quae apud Pollucem leguntur (IX 77): τὸ μέντοι τῶν ὀβολῶν ὄνομα οἱ μὲν ὅτι πάλαι βουπόροις ὀβελοῖς ἔχρωντο πρὸς τὰς ἀμοιβάς. Ac quod hic quidem auctor ὀβελούς illos βουπόρους appellat, ad rem nihil valet, nam ex more grammaticorum posterioris aetatis hoc vocabulum appositum est. Phido igitur, Argivorum rex, pro veribus ferreis numismata insignita emisit, quorum uni generi pervulgatum illorum nomen indidit; verua illa ipsa Junoni Argivae dedicavit, quum in templis deorum res prioris aevi quasi memoriae causa asservari solerent; cf. Phot. Bibl. s. v. ὀβολός· πάντων δὲ πρῶτος Φεῖδων Ἀργεῖος νόμισμα ἔκοφεν . . . καὶ δούς τὸ νόμισμα καὶ ἀναλαβῶν τοὺς ὀβελίσκους ἀνέδηκε τῇ ἐν Ἀργεῖ Ἥρᾳ. Quod autem Aristoteles oboli vim sic explicat (apud Poll. l. 1.): ὀβελούς αὐτοὺς τέως ὀνομάσθαι, τοῦ μὲν ὀφέλλειν δηλοῦντος τὸ αὖξεν, αὐτῶν δὲ διὰ τὸ εἰς μῆκος ἠὺξῆσθαι ὡδε κεκληθέντων, si recte haec ei attribuuntur, assensum vix habebit, quum quisquis videat, desultoriam hic interpretationem excogitatam esse, quae fortasse ex enunciatis ὀβολοστάτης i. e. τοκογλύφος, ὀβολοστατῆσαι i. e. τόκους λαβεῖν²⁾ fluxerit. Propius vero accedit Plutarchus: ὀβολός παρὰ τὸ

¹⁾ Brandis: Münz- Maass- und Gewichtswes. in Vorderas. p. 78 sqq.

²⁾ Phot. Bibl. s. v.

ὄπισθεν βάλλεσθαι, si pro circumlocutione βέλους i. e. verus haec habemus et peculiarem etymi rationem negligimus, qua hoc nomen ex ὄπισθεν et βάλλεσθαι coalitum fingitur¹⁾.

Quid? οὐγκίας significatio nihil aliud quam curvatam i. e. anulariam speciem attingere videtur, quia omnia vocabula eiusdem originis velut ὄγκος, ὄγκιον, ἀγκών aliaque Romanorum similia huc spectant²⁾. Itaque si monumentis docemur. Asiaticos Aegyptiosque remotis temporibus in rebus persolvendis tortos aureos argenteosque anulos usurpavisse, si non ignoramus, Phoenices Siciliam insulam sedem sibi delegisse, priusquam Graeci colonos eo misissent, vix dubium erit, quin hi quoddam illorum nomen suum in sermonem transtulerint. Romanis autem, quamquam una cum arte numaria etiam hanc vocem a Graecis finitimis didicerunt, priscis temporibus nonnisi lateres fuerunt aenei, quorum plures in lucem protracti sunt.

πέλανορ. φθοῖδες. κόλλυβος. Praeterea exstant vocabula, quae ita inter se cohaerent, ut ad placentarum formam pertineant. Sed nescio an cuivis eorum eadem ac ὀβολῶ et οὐγκία vetustas assignanda sit, quum eae appellationes facillime ex ipsa omnis monetae forma petantur nec necessario priori aevo debeantur. Quamquam illa in medium proferre licebit: πέλανορ, φθοῖδες, κόλλυβος.

Vocabulum, quod primo loco posui, πέλανορ Dorici sermonis plane est Atticorum πέλανος, cui subest vis libi, ut ex Hesychio elucet (s. v.) πέμμα πλακουντῶδες ἐκ παιπάλης εἰς θυσίαν ἐπιτήθειον. Adiungas Platonem (de legg. VI p. 782 C): πέλανοι καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἀγνὰ θύματα et Sannyrionem Comicum³⁾:

πέλανον καλοῦμεν ἡμεῖς οἱ θεοί,
ἃ καλεῖτ' ἀσέμνωσ ἄλφωθ' ὑμεῖς οἱ βροτοί.

Ac fortasse Hultschii coniecturae adstipulabere, qui hoc Lacedaemoniorum numisma uno obolo aestimavit⁴⁾; nam Suidae testimonium videtur ei adminiculum esse (s. v.): ὁ τῷ μάντει διδόμενος μισθὸς ὀβολός. Quantum autem Scaphylaeorum φθοῖδες valuerint, certo statui nequit, quum ex Hesychio tantummodo intellegatur, minimi eos pretii fuisse: φθοῖς, πλακοῦς, καὶ τὰ

¹⁾ G. Curtius l. l. p. 476.

²⁾ Curtius l. l. p. 130.

³⁾ Compares quae apud Harpocrationem praeter hos versus s. v. πέλανος annotata sunt: Ἀπολλώνιος δ' ὁ Ἀχαρνέδης ἐν τῷ περὶ τῶν ἐορτῶν οὕτω γράφει: „ὁμοίως δὲ καὶ ὁ προσαγορευόμενος πέλανος, λέγει δὲ πέμματά τινα τοῖς θεοῖς γνόμενα ἐκ τοῦ ἀφαιρεθέντος σίτου ἐκ τῆς ἄλω“ et quae in „Bulletin de correspondance hellénique“ 1880 p. 227 l. 36 sqq. leguntur: θύειν δὲ ἀπὸ τοῦ πελάγου καθότι ἂν Εὐμολπῶνται ἐσηγήσωνται . . . τοῖν θεοῖν (sc. τοῖν Ἐλευσινίον) ἑκατέρω ἀπὸ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν.

⁴⁾ Hultsch Griech. und röm. Metrol.² p. 535.

πρὸς λεπτόν ἀ
vero eos fuis
qui monstrav
praefectorum

Item κόλλυβος
non modo κόλλυβος
sunt, cum eis
placentas sig
phaneis versi

ἡ
ἐπ
πλ

Sed coll
moneta perm
faciendam²⁾.
sc. numisma
esse, sed ad

Nec com
inscriptum es
quibus pretiu
velut Δ-δραχ
varie formati

interdum dub
satis clarae s
libro (Monna
vulgavit, qua

His addamus
urbium Magr
manifestae v
Lambros, vir

pretii plene
Romanorum l

¹⁾ C. J. G.

²⁾ Pollux II
in Verrem Act.
debuisti, certis
et collybo, deinde
certarum, sed fu
qui potest, cum

Pollux IX 7

ὡς ἂν εἶποι τις τ

³⁾ cf. Zeitse

Gardner: The ty

⁴⁾ p. 298 sq

⁵⁾ Imhoof-B

italique p. 321 s

⁶⁾ Zeitschr.

πρὸς λεπτόν ἀλληλεσμένα· καὶ ἀπορρέον φῆγμα τοῦ χρυσίου. Numos vero eos fuisse Boeckhii summam ad probabilitatem adduxit, qui monstravit, aliquoties quendam φθοίδων numerum in rationes praefectorum aeraii Atheniensis relatum esse¹⁾.

Item κόλλυβος principium ducit ab opusculo pistorio, quia non modo κόλλα et κολλᾶν, quae glutini glutinandique notione sunt, cum eis artissime coniuncta sunt, sed etiam κόλλαβος ad placentas significandas a Graecis usurpatus est, ut his Aristophaneis versibus ante oculos ponitur (Ran. 504 sqq.):

ἡ γὰρ θεός σ' ὡς ἐπύθεθ' ἤχοντ' εὐθέως
ἔπεπτεν ἄρτους - - - - -
πλακοῦντας ὄπτα, κολλάβους.

Sed collybus minimus numulus aeneus erat, in aliena moneta permutanda aptissimus ad deductionem, quae dicitur, faciendam²⁾. Quare hoc vocabulum sicut λεπτόν i. e. levidense sc. numisma non videtur indicium vetustioris consuetudinis esse, sed ad parvulam numorum formam referendum.

Nec commemoratione indigna sunt ea numismata, in quibus inscriptum est, quantum valerent. Praeterimus hic illa, in quibus pretium nonnisi initialibus litteris nominis indicatur, velut Δ - δραχμή, Ο - ὀβολός vel οὐγκία, et illa, quorum typis varie formatis et repetitis idem efficitur, quod hae significationes interdum dubiae sunt³⁾; versamur in eis, quorum inscriptiones satis clarae sunt. Imhoofus-Blumerus in praestantissimo suo libro (Monnaies Grecques) nonnulla Chiorum exemplaria aenea vulgavit, quae sic denotata sunt: ὀβολός; δίχαλκον; τρίχαλκον⁴⁾. His addamus argentea Agrigentinarum, Crotoniatarum, aliarum urbium Magnae Graeciae Siciliaeque, quorum ΔΙ vel ΔΙΙ manifestae vocabuli λίτρα designationes sunt⁵⁾. Quamquam Lambros, vir eruditus, videtur suo iure contendere, nomina pretii plene scripta in numis aetatis demum imperatorum Romanorum legi⁶⁾.

1) C. J. G. I p. 219 cf. Böckh: Staatsh. d. Ath.² II p. 70 l. 38.

2) Pollux III 84: ἀργυρίου ἀλλαγὴ ὁ καλούμενος κόλλυβος. — cf. Cicero in Verrem Act. II l. III 78, 181: ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione et collybo, deinde pro nescio quo cerario. Haec omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. Nam collybus esse qui potest, cum utantur omnes uno genere numorum.

Pollux IX 72: Καλλίμαχος γοῦν ἔφη περὶ τῶν ἐν Αἰδοῦ λέγων
ἐκ τῶν ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσαν

ὡς ἂν εἴποι τις τοῦ προστυχόντος.

3) cf. Zeitschr. für Numismat. (Berolin.) II p. 160 sqq. (Lambros). Gardner: The types of Greek coins p. 65 sq.

4) p. 298 sq.

5) Imhoof-Blumer l. l. p. 14 sq. Sambon: Monnaies de la presqu'île italique p. 321 sqq.

6) Zeitschr. f. Num. l. l.

ἀργύριον. χρυσίον. χαλκοῦς. σιδάρεος. Restat ut ad alia nomina numaria accedamus, ex metallo assumpta, quo moneta constabat, partim pecuniam ipsam ut ἀργύριον et χρυσίον, partim quaedam eius genera, ut χαλκοῦς et σιδάρεος attingentia. Ac creberrimum eorum nimirum ἀργύριον erat, quia Graeci ante omnes nihil fere aliud nisi argentum notaverunt, si aes omittimus, ea tantum in urbe probatum, ubi signatum erat. Magna autem aliorum testimoniorum copia neglecta ad illud numisma Seuthae, Thraciae regis, animum intendamus, cui inscriptum est: *Σεύθα ἀργύριον*¹⁾. Multo rarius Graecis aurum fuit, apud Asiaticos priscis iam temporibus cusum. Itaque nemo mirabitur, perpauca exempla esse, quorum χρυσίον locum νομίματος teneat. His enim Aristophaneis versibus (Ran. 717 sqq):

πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
ταύτων ἔς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλοὺς τε κάγαθούς,
ἔς τε τὰρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.
οὔτε γὰρ τούτοισιν οὔσιν οὐ κεκιβδηλευμένοις,
χρώμεθ' οὐδέν, ἀλλὰ τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίοις,

angustiae Atheniensium tanguntur, qui quum classem ad Cononem liberandum ornarent (ao. 407 a. Ch.) etiam aureas Palladis opes ad monetam ferendam conflaverunt multumque aeris auro admiscuere²⁾.

Aliter res se habet, quod χαλκοῦς et σιδάρεος tamquam propriae appellationes generis cuiusdam numarii traduntur. Quorum alter, vulgare Atheniensium numisma, satis notus est, alter a Lacedaemoniis et Byzantiis emissus, a Polluce commemoratur (IX 78): *Βυζαντίων γε μὴν σιδήρω νομιζόντων ἦν οὕτω καλούμενος σιδάρεος νόμισμά τι λεπτόν, ὥστε ἀντὶ τοῦ „πρῶ μὲν τριῶν χαλκῶν“ λέγειν „πρῶ μὲν τριῶν σιδαρέων“ ὅθεν καὶ ἐν τοῖς Στράτιδος Μυρμιδόσιν εἴρηται*

ἐν τοῖσι βαλανείοις προκέλευθος ἡμέρα,
ἀπαξάπασα γῆ στρατιαὶ σιδαρέων.

σιδήρω δὲ νομίματι καὶ Λακεδαιμόνιοι χρώωνται, ἐκ πολλοῦ ὄγκου ὀλίγον δυναμένω. Ac in propatulo est, neque Athenienses neque Lacedaemonios χαλκοῦς et σιδαρέους suos formavisse, propterea quod aurum argentumve defecisset, sed ut numulos minoris pretii haberent aut cives impedirent, quominus cum exteris nationibus mercaturam facerent. Nam persuasum sibi habebat non solum Lycurgus vel qui alii fuerunt prisci Lacedaemoniorum legumlatores, eos, si moneta quam vilissima

¹⁾ Zeitschr. f. Num. III p. 241. cf. Xenoph. Anab. VII 1, 5.

²⁾ Abhandlg. der Berl. Akad. d. Wissensch. 1864 p. 55 (Kirchhoff).
Göckh: Staatshaush. dr. Athen. I p. 33.

nterentur nec
earum non
commenticiae
ad illum Pol
memoriam q
Argivorum,
protulit, ex
ponnesiacos
post Lycurg
vetustam illa
nescio an po
verint, quanc
circa medium
quidquam re
post illustre
pristina insti
prioris aevi n
eorum foede
initialium no
σιδάρεοι Byza
habuerint or
numariae di
diindicare no
toribus acci
Dionysium
fecisse, alios
χόμμα.
necessario G
naverunt, in
et ferirentur
conservata s
cutiendo tra
παῖμα, χάρα
et Cotyis, 1
sic notata
Αγαίων χάρα
1) Plato d
2) Mitteil.
3) Plut. Ly
4) Zeitschr
zur alten Münz
5) Aristot.
Privataltertüme
6) Archäol.
7) Zeitschr
8) Sestini:
t. III 13. Falso
9) Zeitschr

uterentur nec aliis cum gentibus commercium haberent, divitiis earum non pellectos diutius sinceros fore, sed etiam Plato commenticiae suae civitati simile praeceptum dedit¹⁾. Accedit ad illum Pollucis locum praeter eandem fere aliorum auctorum memoriam quod Koehlerus nuper plura exemplaria ferrea Argivorum, Tegeatarum Heraeensiumque Arcadiae in publicum protulit, ex quibus probabiliter concluditur, primo omnes Peloponnesiacos ferro persolvisse²⁾: Lacedaemonii etiam multo post Lycurgi aetatem, quum mores viderentur depravati esse, vetustam illam consuetudinem repetiverunt³⁾; Argivi et Arcades nescio an post pugnam illam Leuctricam item eam affectaverint, quandoquidem haec eorum numismata Koehlero iudice circa medium quartum a. Ch. saeculum percussa sunt. Nec quidquam repugnare videtur, quod aliunde constat, Arcades post illustrem illam Epaminondae victoriam multis rebus pristina instituta renovavisse et, aliis praetermissis, ex more prioris aevi numos effigie Jovis Lycae Panisque, qui civitatibus eorum foederatis praesidebant, et monogrammate litterarum initialium nominis Arcadum rursus insignivisse⁴⁾. Utrum vero *σιδάριοι* Byzantium, qui Megarensium coloni erant, eandem habuerint originem Peloponnesiacam an propter quandam rei numariae difficultatem in usu fuerint, hoc quidem tempore diiudicare non possumus. Etenim ex Aristotele aliisque scriptoribus accipimus, hanc ob causam Clazomenios ferream, Dionysium Syracusanorum tyrannum plumbeam monetam fecisse, alios Graecos vel corium adhibuisse⁵⁾.

κόμμα. παῖμα. χάραγμα. χαρακτήρ. τύπος. τύπωμα. Sed necessario Graeci, si numos publicam civitatum rem existinaverunt, imprimis id egerunt, ut illi acuratissime flarentur et ferirentur. Huius rei non solum permulta exemplaria conservata sed ea quoque vocabula testes sunt, quae a percutiundo tracta typis significandis inserviverunt, velut *κόμμα, παῖμα, χάραγμα, χαρακτήρ*. Nam nonnulla numismata Seuthae et Cotyis, regum Thraciae, et Achaeorum et Gortyniorum sic notata sunt: *Σεύθα κόμμα*⁶⁾ et *Γόρτυνος τὸ παῖμα*⁷⁾, et *Αχαιῶν χάραγμα*⁸⁾ et *Κότυος χαρακτήρ*⁹⁾

¹⁾ Plato de legg. V p. 742.

²⁾ Mitteil. des dtsh. archäol. Institut. in Athen. VII p. 1 sqq. 337.

³⁾ Plut. Lys. c. 16 sq.

⁴⁾ Zeitschr. f. Num. IX p. 26 sqq. cf. Pinder et Friedländer: Beiträge zur alten Münzkunde. p. 85 sqq.

⁵⁾ Aristot. Oecon. II p. 1348 (Bekker); ibid p. 1349. cf. G. Hermann: Privataltertümer (ed. Blümner) p. 451 sq.

⁶⁾ Archäol. Zeitg. 1879 p. 30.

⁷⁾ Zeitschr. f. Num. III p. 241. cf. Arch. Zeitg. 1873 p. 101.

⁸⁾ Sestini: Museo Fontana II t. V 15. Numism. Chron. 1864 p. 88. t. III 13. Falso hic *χαρασμα* legitur.

⁹⁾ Zeitschr. f. Num. I. 1.

Ac *παῖμα* quidem, quamquam scriptis Graecorum non exhibetur, tamen procul dubio a verbo *παίειν* i. e. ferire derivatum est. Similis vis inest *χαράγματι* et *κόμματι*, quorum alterum ad signum incisum vel impressum, alterum ad numisma percussum pertinet. Sed quemadmodum *κόμμα* pedemptim ad pistillum appellandum adhibetur, quo percutitur, ut his ex versibus Aristophaneis elucet (Ran. 725sq):

(*χρώμεθ' οὐδέν,*) ἀλλὰ τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίους,
χθές τε καὶ πρῶην κοπέϊσι τῷ κακίστῳ κόμματι,

ita *χαρακτήρ* a pistillo assumptus, quo insignia insculpuntur, ad notam impressam transiit, velut apud Aristotelem legitur (Pol. I 9): ὁ γὰρ χαρακτήρ ἐτέθη τοῦ ποσοῦ σημεῖον. Hinc manat, si utrumque hoc vocabulum etiam ad ingenium ac mores hominum translatum est, quibus aequae peculiaris quaedam signa videntur esse. Aristophanes enim, ut *χαρακτῆρα* praetermittamus, dicit (Plut. 861sq):

προσέρχεται γὰρ τις κακῶς πράττων ἀνὴρ.
ἔοικε δ' εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος.

His nominibus duo apponantur alia, quae ab icendo ducta ad scalpendum spectant notasque numarias attingunt: *τύπος* et *τύπωμα*. Illam enim *τύπου* vim praeter hunc locum Plutarcheum (Alex. c. 17): δέλτον ἐκπεσεῖν χαλκῆν, τύπους ἔχουσαν ἀρχαίων γραμμάτων, usus ille vulgaris sermonis prodit, quo eadem vox ad anaglypha transfunditur, sicut apud Pausaniam legimus (IX 11. 3): ἐνταῦθά εἰσιν (sc. Thebis) ἐπὶ τύπου γυναικῶν εἰκόνες . . . ἀμυδρότερα ἤδη τὰ ἀγάλματα . . . ταύτας καλοῦσιν οἱ Θηβαῖοι φαρμακίδας et alibi (II 19, 7); ἔστι δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ (sc. templi quod Apollini Lycio Argis consecratum erat) βόθρος, πεποιημένα ἐν τύπῳ ταύρου μάχην ἔχων καὶ λύκου, σὺν δὲ αὐτοῖς παρθένον ἀφιείσαν πέτραν ἐπὶ τὸν ταῦρον. Itaque Hesychius in signis numariis describendis eam usurpat: Κυζικηνοὶ στατήρες πρόσωπον δὲ ἦν γυναικὸς ὁ τύπος. Eandem habet originem *τύπωμα*, quod apud Pollucem invenitur (IX 73): οἱ μέντοι τὸν βοῦν, τὸ ἐκ τοῦ τυπώματος οὕτω κληθὲν νόμισμα, καὶ Ὀμηρον εἰδέναι νομίζοντες.

σῆμα. *σημεῖον*. *σύμβολον*. Sed quantumvis Graeci propter communem omnium utilitatem numos quam diligentissime cudendos curaverint, tamen eo, quod moneta reipublicae institutum erat, aliud ac ex sensu illius aetatis multo gravius effectum est. Nam quum Graeci persuasum haberent, omnia, quaecumque ad publica negotia quidquam valerent in eximia numinum tutela esse, imprimis rem numariam deis consecraverunt eorumque notis signaverunt. Ac incunabula eius ipsis delubris videntur deberi, si quidem quadam cum probabilitate suspicari possumus, Sardibus sacerdotes Cybelae omnium pri-

mos aurum
sacris aliis
vetustissima
fecta esse.

verua ferrea
genus emise
Graeci num
non tam pos
prioris consu
imagine exc
multi Graec
urbium praec
superficie n

Ac plu
scriptionibus
sed quibusda
sisse. Sunt
Hipponensiu
sic notata:

Διὸς Ὀλυμπίου
quam anima
rumque aeta
que, nam se
iam cognosc
Graecorum
coniunctos f
demum aev
gravere.

Separat
AN vel ANA
τῆρος: Σαρ
crata.¹⁾ Pr
censium, Ca
Getae exscu
pressum est.

¹⁾ E. Curt.
Berl. Ak. 1869

²⁾ Millinge
³⁾ Zeitschr

⁴⁾ Imhoof-

⁵⁾ Sambon

⁶⁾ Archäol.
Catalogue of G

⁷⁾ Percy G
studies. 1883.

Délien. Bullet

mos aurum leone, deae insigni, denotavisse, ut advenae eo in sacris aliisque rebus solvendis uterentur¹⁾, itemque forsan vetustissima Graecorum numismata principio ex templis profecta esse. Abs Phidone inde, qui prisca illa Peloponnesiorum verua ferrea Junoni Argivae dedicaverat et novum pecuniae genus emiserat, usque ad aevum Romanorum imperatorum Graeci numos divorum proprios habuerunt. Contra Asiatici non tam posteriore tempore, quam Lydi imprimere coeperant, prioris consuetudinis inmemores eos quasi rem profanam regia imagine exornaverunt. Satrapae autem, quorum in ditione multi Graeci erant, et horum moribus obsecuti notas deorum urbium praesidum et regis instar suorum ipsorum effigiem superficiei numariae, ut ita dicam, inciderunt.

Ac plura exemplaria servata sunt, quorum ex inscriptionibus patet, monetam non modo deis sacram fuisse sed quibusdam locis diu cum cultu fanisque artissime cohaesisse. Sunt enim numismata aenea Milesiorum, Pheneatarum, Hipponensium Ital., argentea Crotoniatarum, Metapontiorum sic notata: ἡ ἐξ Διδύμων ἱερή²⁾, ἐπὶ ἱερέος (sic) Ἑρμαξίου³⁾, Διὸς Ὀλυμπίου⁴⁾, ἱερὸν τοῦ Ἀπό(λλωνος)⁵⁾, Ἀχελώου ἄθλον⁶⁾. Quamquam animadvertendum est, illa Crotoniatarum Metapontiorumque aetate multo praecedere eis Milesiorum Pheneatarumque, nam sexto sane a. Ch. saeculo assignanda sunt. Et hic iam cognoscitur, id quod postea typis comprobabitur, numos Graecorum Italiae Siciliaeque cum numinibus cultuque magis coniunctos fuisse quam ceterorum Graecorum, qui recentiore demum aevo vetusta eius modi instituta interdum redintegrare.

Separanda sunt ab his numismatis alia, quae litteris AN vel ANAΘ signata, velut tetradrachmum Πτολεμαίου Σωτήρος: Σαράπ(ιδι) ἀν(άθημα), dona sunt immortalibus consecrata.⁷⁾ Praeclarum eorum exemplum est numus Stratonicensium, Caracalla et Geta imperatoribus cusus, in quo capitis Getae exsculpti loco caput Palladis et vocabulum θεοῦ impressum est. Hanc monetae dedicandae consuetudinem, priscis

¹⁾ E. Curtius: Ueber den religiösen Charakter der Münzen. Monatsb. Berl. Ak. 1869 p. 465 sqq.

²⁾ Millingen: Sylloge p. 71.

³⁾ Zeitschr. f. Num. IX p. 37. Imhoof-Blumer: Monnaies Grecques p. 205.

⁴⁾ Imhoof-Blumer l. l. p. 8.

⁵⁾ Sambon l. l. p. 325 sqq.

⁶⁾ Archäol. Zeitg. 1862 p. 321. Königl. Münzk. n. 678. Mus. Brit. Catalogue of Greek coins, Italy p. 238 sqq.

⁷⁾ Percy Gardner: Votive coins in Delian inscriptions. Journal of Hell. studies. 1883. cf. Homolle: Comptes des hiéropes du temple d'Appolon Délien. Bulletin de correspond. hellénique. 1882 p. 131 sqq.

iam temporibus Pausania auctore notam (I 34, 4): ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγή πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν, οὔτε θύοντες οὐδὲν ἐς αὐτὴν οὔτ' ἐπὶ καθαρσίοις ἢ χέρνιβι χρῆσθαι νομίζοντες. νόσου δὲ ἀκεσθείσης ἀνδρὶ μαντεύματος γενομένου καθέστηκεν ἄργυρον ἀφεῖναι καὶ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὴν πηγήν Graeci usque ad nostram aetatem tenuerunt.

Sed unum superest, quo certissime confirmatur, insignia numorum sacerdotum in usu fuisse documentisque auctoritatem eorum dedisse. Proximo scilicet anno quum reliquiae maioris templi Selinuntii (C) effoderentur, quod in arce urbis exstructum a nonnullis viris doctis Herculi attribuitur, per multa hic sigilla figlina in lucem prodierunt, antea certe documentis, quae combusta sunt, allegata, quae praeter notas utriusque hominis paciscentis saepenumero signum numarium Selinuntiorum, Herculem taurum domantem, perhibent, nonnunquam littera Σ adscripta.¹⁾ Memorabilis sane haec res est et plane ostendit, unde typorum exordium fuerit.

Maximi igitur momenti videtur esse, quod Graeci prioris aevi illos praecipue ex symbolis elegerunt. Quamquam enim vix quisquam negabit, tunc deos ad hominum formam iam effictos esse, tamen non ita saepe nec tam remoto tempore imagines deorum repraesentatas videmus. Perspicuum est, ea in re multum inesse, quod utilitatem afferat ad mythologiam clariore luce collustrandam. Et ipsorum Graecorum obvenit testimonium, ex quo sequitur, ut illa symbola deorum fuerint notae.

Nam paullulum ante hos dies numus aureus elatus est,²⁾ quem Fraenckelii disputationem amplexi Ephesium esse putamus; anteriori parti cervus pascens incisus est, his verbis additis: Φαινοῦς εἰμὶ σῆμα. Phaeno Dianae ut deae luciferae cognomen esse, facile est ad coniciendum, quum ei hoc imprimis animal adiunctum sit. Ac magnae vetustatis hoc numisma est, sive effigiem cervi et litteraturam intuemur, sive memoriam illorum monumentorum repetimus, quae item antiquis temporibus fabricata ipsa nunciant, quid velint.³⁾ Quod autem ad σῆμα attinet, de unoquoque signo, quo quis rem agnoscit, sive imagine sive litteris, usurpatum, ad illam inscriptionem numariam hos Iliadis versus apponere satis sit (VI 168sq):

πέμπε δὲ μιν Λυκίηνδε, πόρεν δ' ὄ γε σήματα λυγρά,

¹⁾ A. Salinas: Dei sigilli di creta rinvenuti a Selinunte. Rom. 1883.

²⁾ Archäol. Zeitg. 1879 p. 27 sqq.

³⁾ Inter multa alia eiusdem generis exempla hoc unum commemorare satis habeamus: Ταταίης εἰμὶ λήκυθος (C. J. Ant. n. 524). De numis similia contulit Salletius: Zeitschr. f. Num. I p. 278.

γράφας
Praeter
in numisma
tendit his in v
X.

Δ.
ad signum h
sculptum hoc

Δ. οὐκ ἔ
οὐμός
ἀλλ'

Multo v
συμβόλου, in
militaribus tu
Paucis huic r
Agam. 8 sqq

κ
α

Eurip. (

0.
Δυ.
Bekker

δικαστῶν ἕκασ
Aristoph

Sed qua

quod eo insi

ad rem num

autem Pollu

verbis explic

non sunt. I

intellegatur,
εἶη δ' ἂν καὶ
Ἐρμῆπος ἐν μ
παρὰ
ἐν δὲ τοῖς Δη
οἱ μ
κεκάρθαι ἔοικε

¹⁾ Meineke
²⁾ Meineke

γράφας ἐν πίνακι πτυκτῶ ὁμοφθόρα πολλά.

Praeterca σημείον similis sensus proferamus liceat, etsi in numismatis non legitur. Ad symbolum enim divinum id tendit his in versibus Aeschyleis (Suppl. 207 sq. ed. Kirchhoff):

X. τίς οὖν κικλήσκω τῶνδε δαιμόνων ἔτι;

Δ. ὄρω τρίαιναν τήνδε, σημείον θεοῦ,

ad signum hominis cuiusdam (metaphorice Δήμου) annulo insculptum hoc loco Aristophaneo (Equit. 951 sqq.):

Δ. οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ δακτύλός ἐσθ' οὕτως

οὐμός· τὸ γοῦν σημείον ἕτερον φαίνεται,

ἀλλ' ἢ οὐ καθορῶ. Α. φέρ' ἴδω, τί σοι σημεῖτον ἦν;

Multo vero saepius quam σῆμα et σημείον vocabulum συμβόλου, in notis ac praecipue, in tesseris quibuscunque, quum militaribus tum iudiciariis contionalibus aliisque adhibitum est. Pauca huius notionis exempla in testimonium vocemus: Aeschyl. Agam. 8 sqq.:

καὶ νῦν φυλάσσω λαμπάδος τὸ σύμβολον,

αὐγὴν πυρὸς φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν

ἀλώσιμόν τε βάξιν.

Eurip. (?) Rhes. 572 sq. (ed Kirchhoff):

Ο. ἦν δ' οὖν ἐγείρης, οἶσθα σύνθημα στρατοῦ;

Δυ. Φοῖβον Δόλωνος οἶδα σύμβολον κλύων.

Bekker Anecd. p. 301, 1: γραμματεῖον τι, ὃ ἐλάμβανε τῶν δικαστῶν ἕκαστος εἰσιὼν εἰς τὸ δικαστήριον, ὃ ἔστι πινάκιον.

Aristoph. Eccles. 297 sqq:

ὅπως δὲ τὸ σύμβολον

λαβόντες ἔπειτα πλη —

σίον καθεδούμεθ', ὡς

ἂν χειροτονῶμεν.

Sed quamvis optatum esset, si idem nomen propterea, quod eo insignia quoque deorum comprehenderentur, etiam ad rem numariam pertineret, tamen hic ei locus non est. Sin autem Pollux numisma ita appellatum contendit pluribusque verbis explicare studet, confundit res, quae eadem omnino non sunt. Ponamus igitur ipsa scriptoris verba, ut facilius intellegatur, quomodo difficultas tollenda sit (IX 71 sqq.):

εἴη δ' ἂν καὶ σύμβολον βραχὺ νόμισμα ἢ ἡμίτομον νομίματος. ὁ γοῦν Ἑρμῆπος ἐν μὲν Φορμοφόροις λέγει

παρὰ τῶν καπήλων λήφομαι τὸ σύμβολον¹⁾

ἐν δὲ τοῖς Δημόταις

οἱ μοι, τί δράσω σύμβολον κεκαρμένος²⁾;

κεκάρθαι ἔοικε τὸ ἦμισυ, ὥστε ἢ ἐκ θατέρου μόνου τετυπῶσθαι

¹⁾ Meineke: Fragm. Comic. Graecor. ed. mai. II p. 412.

²⁾ Meineke l. l. II p. 385.

τοῦτο δεῖ τὸ νομισμάτιον νοεῖσθαι, ἢ διαφεῖσθαι ὡς ἔχειν τὸ μέρος ἑκάτερον, τὸν τε πιπράσκοντα καὶ τὸν ἀνούμενον, ἐπὶ συμβόλῳ τοῦ μὲν τι προειληφέναι. διελέγχουσι δ' αὐτὸ σμικρὸν τι δύνασθαι Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Ἀναγύρω λέγων

A. τοῦτ' αὐτὸ πράττω, δὴ ὀβολὸν καὶ σύμβολον
ὕπὸ τῷ πικλίντρῳ. B. μῶν τις αὐτ' ἀνείλετο¹⁾;
Ἄρχιππος δ' εἰπὼν ἐν Ἡρακλεῖ γαμοῦντι
ἀνδρῶν ἄριστος καὶ μάλιστα ἐμοὶ ξένος,
ἀτὰρ παρ' ἐμοί γ' ὧν εἶχεν οὐδὲ σύμβολον.²⁾

Lexicographus nomen numuli interpretaturus, quem ἡμίτομον νομίσματος putat, initium capit ex Hermippeo versu *Φορμφορών*³⁾, in quo, ut nobis quidem traditur, nihil inest, unde pateat, numisma indicatum esse. Nam tabernarii non solum monetam possunt dare, sed etiam, si discordiis civitas distrahitur, principes factionis esse assectatoribusque suis quasi tesseram edere. Tum scriptor versu *Δημοτῶν* allato, qui significationem „ἡμίτομον νομίσματος“ explicet, explanare vult, quis sit „σύμβολον κεκαρμένον“. Nec pro auctoritate haec explanatio nobis habenda est. Accedit quod etiam allatis Aristophanis et Archippi versibus non cogimur, ut Polluci adsentiamur. Ille enim poeta, etsi propter paucitatem verborum exploratum vix quidquam habemus, videtur haec dicere: sub reclinatorio⁴⁾ et duo oboli sunt et tessera contionalis, quae tantidem aestimanda est, nempe civibus, qui contionibus intersunt. Sensus autem versuum fabulae, cui *Ἡρακλῆς γαμῶν* inscribitur, in propatulo est: quamquam familiarissimus mihi hospes est, tamen, quotiescunque me visitabat, ne tesseram quidem hospitalitatis habebat. Plerumque enim hospites proficiscentes tesseram acceperunt, qua dimidiata hospites postea sese recognoscere soliti sunt. Hanc consuetudinem, quam Plato⁵⁾ alique scriptores⁶⁾ saepius commemoraverunt, illis versibus Archippeis tangi Pollucem fugit, qui in numismate suo excogitato perseverans id cum vocabulo tesserae hospitalitatis permiscuit. Itaque censet, σύμβολον κεκαρμένον hominem quendam appellari, quod σύμβολον βραχὺ νόμισμα ἢ ἡμίτομον νομίσματος sit, et pergit: *κεκάρθαι*

¹⁾ Meineke l. l. II p. 964.

²⁾ Meineke l. l. II p. 716.

³⁾ De tempore, quo haec fabula acta sit, deque eius argumento v. Meineke l. l. I p. 91 sq.

⁴⁾ De significatione et usu vocabulorum *ἐπικλίντριον* et *ἀνακλίντριον* v. Lobeck. ad Phrynich. p. 131 sq.

⁵⁾ Plato Conviv. p. 191d.

⁶⁾ cf. Schol. Eurip. Med. v. 600: *σύμβολα] οἱ ἐπιξενούμενοί τισιν ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος κατελύμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα, εἰ δεοὶ πάλιν αὐτοῦς, ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενουῶσθαι ἀλλήλους, ἐπαγόμενοι τὸ ἡμισυ ἀστραγάλιον ἀνανεοῖντο τὴν ξενίαν.*

ἔσκε τὸ ἡμισυ
νομισμάτιον νοεῖ
locum tractavi
ὡς ἔχειν τὸ μέ
Britanni nostri
syngrapharum
quidem videtur
Ac ultro συμβ
locationes et p
ex verbis Dem
ὄχι ἄπορος ἦν
εἰς τὰνδράποδα
λαβῶν γὰρ ἐώς
εἰ καὶ τις ἄλλος
ἐπίτροπόν γ' ὄν
πεντακοσίας δρα
memor fuit et
γαμοῦντος perc

B. Quae a

Quum igi
quae Graeci
ipsis eis propr
ad deos rettul
esse anquirere
tradiderint. N
sed ea potissim
fere quarti a.
congruat cum
complectetur.

Tria sunt
signa enumera
aut vulgaria p

Atque ins
lasios puero
luctantibus, D

¹⁾ Num. Chro

²⁾ Poll. IX 8

μονεῖν, εἰ Μυτιλη
Ἰασεῖς δὲ παῖδα δε
δοὶ δὲ παλαιστάς
Πέρσην, Ἀργεῖοι ε

ἔοικε τὸ ἡμισυ ὥστε ἢ ἐκ θατέρου μόνου τετυπῶσθαι τοῦτο δεῖ τὸ νομισμάτιον νοεῖσθαι. Ac Gardnerus, qui nuper admodum hunc locum tractavit, alteri illi explicationis argumento: ἢ διαιρεῖσθαι ὡς ἔχειν τὸ μέρος ἐκάτερον sqq. omnem fidem non derogat, quum Britanni nostrae aetatis nonnunquam eodem, ut ita dicam, syngrapharum genere utantur.¹⁾ Sed utut res se habet, id quidem videtur constare, σύμβολον nomen numarium non fuisse. Ac ultro συμβόλαιον hac in re disputanda nobis se offert, quod locationes et pecuniam fenore collocatam significat, velut his ex verbis Demosthenis colligitur (c. Aphob. I 27): ὅτι τοίνυν οὐκ ἄπορος ἦν ὁ Μοιριάδης οὐδ' ἦν τῷ πατρὶ τοῦτο τὸ συμβόλαιον εἰς τάνδράποδα ἡλιθίως συμβεβλημένον, μερίστω τεκμηρίῳ γνώσεσθε· λαβὼν γὰρ ἕως αὐτὸν Ἄφοβος τοῦτο τὸ ἐργαστήριον, καὶ δέον αὐτὸν εἰ καὶ τις ἄλλος ἐβούλετο εἰς ταῦτα συμβάλλειν, τοῦτον διακωλύειν, ἐπίτροπόν γ' ὄντα, αὐτὸς ἐπὶ τούτοις τοῖς ἀνδραπόδοις τῷ Μοιριάδῃ πενταχοσίας δραχμὰς ἐδάνεισεν. Quodsi Pollux huius vocabuli memor fuit et versus illos Φορμοφόρων, Ἀναγύρου, Ἡρακλέους γαμοῦντος percucurrit, adduci potuit, ut falsam eis vim subderet.

B. Quae a Graecis de typis numorum tradita sint.

Quum igitur hactenus nomina numaria percensuerimus et quae Graeci in moneta tractanda ab aliis didicerint, quae ipsis eis propria fuerint, examinaverimus, et eos ipsos signa ad deos rettulisse cognoverimus, nunc operae videtur pretium esse anquirere, quae tandem scriptores Graecorum de his typis tradiderint. Neque tamen omnia afferemus, quae huc pertineant, sed ea potissimum, quae ad numismata spectant, usque ad exitum fere quarti a. Ch. saeculi cusa, ut haec commentationis pars congruat cum posteriore, quae numos eiusdem spatii temporum complectetur.

Tria sunt genera testimoniorum distinguenda, prout aut signa enumerantur, aut qua de causa adhibita sint narratur, aut vulgaria numorum nomina referuntur.

I. Signorum catalogi.

Atque insignium quidem Pollux plura profert, qui dicit Iasios puero equo insidente, Aspendios binis hominibus luctantibus, Dardanios gallis certantibus notavisse.²⁾ Quarum

¹⁾ Num. Chron. 1881 p. 281 sqq.: Pollux, account of ancient coins.

²⁾ Poll. IX 84 sq.: οὐ γὰρ ἀξιώσει τις ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι πολυπραγμονεῖν, εἰ Μυτιληναῖοι μὲν Σαπφῶ τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον, Χίιοι δὲ Ὀμηρον, Ἰασεῖς δὲ παῖδα δελφῖνι ἐποχοῦμενον, Δαρδανεῖς δὲ ἀλεκτρούνων μάχην, Ἀσπένδιοι δὲ παλαιστάς, καὶ Ῥηγῖνοι μὲν λαγών, Κεφαλλῆνες δὲ ἵππων, Θάσιοι δὲ Πέρσην, Ἀργεῖοι δὲ μῦν. De Rheginis infra agendum erit.

urbium si omnes numos perlustramus. statim apparet, hos typos neque solos et frequentissimos esse, ut concludere liceat, auctori id tantum curae fuisse, ut eos commemoraret, qui praecipui peculiariaeque fuissent. Nec alia de causa ad νοῦμον Aristotelem secutus annotat, huic numismati apud Tarentinos signum Tarantis delphino invehentis fuisse.¹⁾ Sin autem Thiae et Mytilenaeae monetae tantummodo effigiem Homeri et Sapphus tangit, utramque manifesto elegit, quod magis mentione digna esset, quam sphinx et caput vitulinum Apollinisque imago, quae multo saepius hic inveniuntur. Semper eo tendit, ut ante oculos ponat, quae ob aliquam causam animadvertenda videantur.

Sed fides, quam adhuc verbis Pollucis, ut par erat, tribuimus aliquantulum infringitur, cum legimus, Thasiis Persae, Argivis muris, Cephallenibus equi insigne fuisse. Nam nonnullis Thasiorum numismatis inscriptis satis illustratur, sagittarium eorum, saepenumero repraesentatum, Herculem esse. Ac quomodo auctor hunc in errorem inciderit, iam Eckhelius indicavit²⁾: quum Plinius tradidisset³⁾, Persen, Persei filium, homines sagittandi artem docuisse, fieri potuit ut ille, nominis imagini adiecti nescius huiusque narratiunculae recordatus, sibi persuaderet, eundem heroa etiam hic impressum esse. Huc Gardnerus prope accedit, qui censet, ex scriptura librorum (*Πέρσην*) tantummodo sagittarium aliquem Persarum, non Persen ipsum intellegendum esse, quandoquidem numi Persarum a typo nomen *τοξοτῶν* assecuti essent.⁴⁾ Certe probabilius id est quam Dindorfii opinio, qui *Πέρσην* corruptum esse conicit et *Ἡρακλῆ* restituere vult. Quamquam igitur hoc peccatum Pollucis quandam excusationem habet, tamen ea, quae sequuntur, nullo modo recte sese habere possunt, quum neque Cephallenum numismata equo neque Argivorum mure signata reperiantur.

Item repellenda sunt, quae alibi de Atheniensium diobolis et tetrobolis exponuntur. Quoad enim nos compertum habemus, utrumque in anteriore parte caput Palladis perhibet, in posteriore binas noctuas et eas diobolorum unum in caput coeuntes, tetrobolorum ex adverso positas. Contra Pollux dicit, diobolis caput Jovis noctuamque, tetrobolis idem caput

¹⁾ Poll. IX 80: καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ καλεῖσθαι φησι νόμισμα παρ' αὐτοῖς νοῦμον, ἐφ' οὗ ἐντετυπῶσθαι Τάραντα τὸν Ποσειδῶνος, δελφῖνι ἐποχούμενον.

²⁾ Doctrina numorum veterum II p. 53.

³⁾ Plinius hist. nat. VII 201: arcum et sagittam Scythem Jovis filium, alii sagittas Persen, Persei filium, invenisse dicunt.

⁴⁾ Num. Chron. I. I.

binasque noctu
tam saepe in l
iam addente:
iure videtur e
usu, si numi a

Sed praet
versati sunt, v
modum notissim
πὸν δὲ ἦν γυναι
ἐπὶ δὲ διατέροι
exemplaribus s

Summa ig
grammaticos
componeret, q
putabat; alii e
Praeterea etia
erat, hanc re
sequuntur, mag

II. Qua de

Saepius o
ficationes repr
plura de vetust
semel atque it
dubitationes.
matis refertur,
memorabilia es
quidem narrat
ὀδοραχμον) Ἀθη
ἐντετυπωμένον.
„ἐκατόμβοι“ ἐνε
ἀποτίνειν εἰκοσά
κηρύττειν φασίν.
θήσονται αὐτῶν.
Ἀττικὰς ὀθεν
ἴδιον τὸν βοῦν
Ven. B. legit
νομίσματα τῆν
ὑστερον ἐφευρε
ἐνδεκακόμενοι τὸ

¹⁾ Poll. IX 6
Ἀττικῶν, τὸ μὲν δ
Διός, τὸ τετρώβολ
²⁾ cf. Brandi

binasque noctuas esse.¹⁾ Ac quamquam tetrobola quidem non tam saepe in lucem prolata sunt, Polluce ad tetrobola triobolaque iam addente: „ἐν τῇ χρήσει τέτριπται“, tamen Gardnerus suo iure videtur contendere, valde abhorruisse ab Atheniensium usu, si numi argentei aliter ac Palladis capite denotati essent.

Sed praeterea alii quoque scriptores in typis describendis versati sunt, velut Hesychius et Suidas de Cyzicenis, prope modum notissima antiquitatis moneta haec tradiderunt: πρόσωπον δὲ ἦν γυναικὸς ὁ τύπος et: πρόσωπον δὲ ἦν γυναικείον ὁ τύπος, ἐπὶ δὲ θατέρου προτομῆ λέοντος. Recta haec sunt et ipsis exemplaribus servatis affirmata.²⁾

Summa igitur subducta facile perspicimus, inter viros grammaticos unum Pollucem sibi proposuisse, ut insignia componeret, quae quibusdam de causis negligenda non esse putabat; alii ea animadverterunt, si forte in ea incurrebant. Praeterea etiam Aristoteles in libris, quibus πολιτεῖαι inscriptum erat, hanc rem videtur non praeterisse, id quod eis, quae sequuntur, magis illustrabitur.

II. Qua de causa typi adhibiti sint exponitur.

Saepe occasio erat data, ut causae notarum vel significationes repraesentationum explanarentur. Ac primum quidem plura de vetustissimis Atheniensium „bovibus“ accepimus, quae semel atque iterum tractata tamen etiam nunc magnas movent dubitationes. Multorum testimoniorum, quibus his de numismatis refertur, tria iam proferamus, quae maxime videntur memorabilia esse: Pollux, Schol. ad Iliad., Plutarchus. Pollux quidem narrat (IX 60 sqq.): τὸ παλαιὸν δὲ τοῦτ' ἦν (sc. τὸ δίδραχμον) Ἀθηναίους νόμισμα, καὶ ἐκαλεῖτο βοῦς, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον· εἰδέναι δ' αὐτὸ καὶ Ὅμηρον νομίζουσιν εἰπόντα „ἐκατόμβοι ἐννεαβοίων“. καὶ μὴν καὶ τοῖς Δράκοντος νόμοις ἔστιν ἀποτίνειν εἰκοσάβοιον· καὶ ἐν τῇ παρὰ Δηλίοις θεωρίᾳ τὸν κήρυκα κηρύττειν φασίν, ὅπότε δωρεὰ τιμὴ δίδοται, ὅτι βοῦς τοσοῦτοι δοθήσονται αὐτῷ, καὶ δίδοσθαι καθ' ἕναστον βοῦν δύο δραχμάς Ἀττικὰς· ὅθεν ἔνιοι Δηλίων ἀλλ' οὐκ Ἀθηναίων νόμισμα εἶναι ἴδιον τὸν βοῦν νομίζουσιν. — In Schol. ad Iliad. XXI 79 cod. Ven. B. legitur: ἐκατόμβοιον· οἱ παλαιοί, πρὶν ἐπινοηθῆναι τὰ νομίσματα τὴν συναλλαγὴν ἐποιοῦντο διὰ τῶν τετραπόδων· ὅθεν ὕστερον ἐφευρεθέντων τῶν νομισμάτων βοῦν ἐπ' αὐτῶν ἐξετύπων, ἐνδεικνύμενοι τὸ ἀρχαῖον ἔθος. καὶ παροιμία, βοῦν ἐπὶ γλώσσης,

¹⁾ Poll. IX 62 sq.: ἦν δὲ καὶ τριώβολον καὶ διώβολον εἶδη νομισμάτων Ἀττικῶν, τὸ μὲν διώβολον ἔχον ἐντετυπωμένην γλαῦκα καὶ ἐκ θατέρου πρόσωπον Διός, τὸ τετρώβολον τὸ μὲν πρόσωπον ὁμοίως, δύο δὲ τὰς γλαῦκας.

²⁾ cf. Brandis l. l. p. 312.

ὅ ἐστι νομίσματα. ἀρμόζειν δὲ ἡ παροιμία αὕτη ἐπὶ τῶν ῥητόρων τῶν λαμβανόντων νομίσματα ὑπὲρ τοῦ μὴ συγκατηγορεῖσθαι τινος ἀλλὰ σιωπῆσαι.¹⁾ Plutarchus hac ratiocinatione utitur (Thes. c. 25, 5 sq.): ἔχοψε (Θησεύς) δὲ καὶ νόμισμα βοῦν ἐγχαράξας, ἢ διὰ τὸν Μαραθῶνα ταῦρον, ἢ διὰ τὸν Μίνω στρατηγόν, ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παρακαλῶν· ἀπ' ἐκείνου δὲ φασὶ τὸ ἐκατόμβιον καὶ τὸ δεκάβιον ὀνομασθῆναι.²⁾

Has interpretationes a Boeckhio magis minusve approbatas³⁾, complures aliorum virorum eruditorum falsas esse arbitrati sunt,⁴⁾ quum praesertim nullum eiusmodi exemplar usque ad hos dies permansisset, quod certo iudicio Atheniensibus attribuendum esset.⁵⁾ Quum autem hoc per se non sufficiat, accurate examinare debemus, quae a veteribus tradita sint.

Ac statim apparet, omnibus his locis βοῦς tamquam monetam vetustam commemorari; quando ea formata et quomobrem impressum sit signum, dissentiunt scriptores et suas proferunt opiniones, quae nobis quidem pro auctoritate habendae non sunt. Sollemnis ille ritus Deliacorum praeconum solum est testimonium ac, ut ita dicam, certissimum documentum, olim bovem dictum esse, quod tantidem ac didrachmum Atticum aestimaretur. Praesto est coniectura, id didrachmum fuisse ipsum, quae eo etiam probabilior redditur, quod illud nomen vel cum didrachmis coniunctum est, quoniam nemo ignorat, haec Atheniensium, quum ferire coepissent, notissima fuisse numismata. Nam Euboicis hoc numorum genus usitatissimum fuit, nec quisquam fere dubitat, quin tota Atheniensium res numaria ad illos tamquam magistros revocanda sit.

At ex institutis prioris aevi explicatio βοῶν sumenda est: Graeci quum pecudes permutare desinerent, memoria pristini moris servata numum bovi ad pretium parem hoc nomine appellarunt. Concedo, sed miror, cur nullum numisma aliarum bestiarum nomen acceperit, quae aequae solvendo inseriverunt. Et alterum accedit, quod huic suspicioni vehementer repugnat: Demetrio Phalereo teste Solo eis, qui lupum aut catulum lupi occidissent, quinque drachmas aut unam praemia constituerat,

¹⁾ cf. Schol. ad Arist. Av. 1106: ἡ γλαῦξ ἐπὶ χαράγματος ἦν τετραδράχμου, ὡς Φιλόχορος . . . ἐκλήθη δὲ τὸ νόμισμα τὸ τετραδάχμον τότε γλαῦξ. ἦν γὰρ γλαῦξ ἐπίσημον καὶ πρόσωπον Ἀθηναῖς, τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων ἐπίσημον δὲ βοῦν ἐχόντων. In medio relinquendum est, num ea, quae de didrachmo afferuntur, aequae ex Philochoro hausta sint.

²⁾ De aliis antiquorum auctoribus qui hanc rem tractavere cf. Paroemiogr. Gr. ed. Lentsch et Schneidewin t. I p. 51 n. (Zenob. II 70).

³⁾ Metrol. Untersuch. p. 121.

⁴⁾ Beulé: Les monnaies d'Athènes p. 9. Lenormant: La monnaie dans l'antiquité I p. 76 sq. Hultsch: l. l. p. 199 sq. 207.

⁵⁾ Num. Chron. 1873 p. 177 sqq. (Gardner).

quae bovis sive
legumlatoris b
i. e. duae
operam navar
obvenit alia ra
sit, nisi ei bo
nec adagium
Agamemnonis

τα
βέβ
intellegenda e
quod nonnulli
usum esse, op

attulerunt, qu
Hermannus in
reiecerunt, qu
tyrannum, obe
illum imposita
igitur huic A
tis ἐπ' ἀργυρία
tegit, quae e
stringitur, ne
sine dubio tri
translatio ad
nec Philostrat
Pythagora dic
ὡς πρῶτος ἀνδ

Ac aliud est P
aptissime con
καὶ τὰν σοφίαν

Sed quae
venerantes ei
runt? Facilli
illa numismata
non Athenien
habet quum a

¹⁾ Plut. Sol.
πρόβατον καὶ ὄρ
ἔδωκε, λυκιδέα δὲ
τὸ δὲ πρόβατον τ
²⁾ Menandri
³⁾ Pollux IX
⁴⁾ Hermes X
⁵⁾ Abhandl.

quae bovis sive ovis pretio responderent.¹⁾ Si aetate huius legumlatoris bos quinque drachmas valuit, qui fit, ut *δίδραχμον* i. e. duae drachmae tantidem putatae sint? Nequicquam operam navaret, qui hanc rem planam facturum esset, ac nulla obvenit alia ratio, cur numisma illud Atheniensium ita vocatum sit, nisi ei bovis fuit insigne. Etenim res si aliter se haberet, nec adagium illud „*βοῦς ἐπὶ γλώσσης*“, nec Aeschylei ille Agamemnonis versus (36.):

*τὰ δ' ἄλλα σιγῶν, βοῦς ἐπὶ γλώσση μέγας
βέβηκεν*

intellegenda essent. Utrumque eandem habet originem. Nam quod nonnulli viri docti, poetam non nisi gravi superlatione usum esse, opinati Menandri versum

παχὺς γὰρ ὅς ἔχειτ' ἐπὶ στόμα

attulerunt, qui idem fere tangeret, Meinekeus²⁾ iam et Godofr. Hermannus in adn. ad Agam. vers. 36 eorum opinionem reiecerunt, quorum hic sic scribit: „Id in Dionysium Heracleae tyrannum, obesissimi corporis hominem, sic dictum est, ut per illum impositam esse silendi necessitatem appareat“. Tametsi igitur huic Aeschyleo versui vulgaris ille sensus deest „*εἴ τις ἐπ' ἀργυρίῳ σιωπή*“ i. e. si quis mercede corruptus silentio tegit, quae ei ignota non sunt, ac custos metu potius obstringitur, ne plura efferat, spectatores illum versum audientes sine dubio tritissimi proverbii meminerunt. Expedita erat ea translatio ad alias res ac usus sermonis initio complexus est, nec Philostrati verba quidquam offensionis habent, qui de Pythagora dicit (Vit. Soph. Apoll. II 11 p. 241): *γλώτταν τε ὡς πρῶτος ἀνθρώπων ξυνέσχε, βούν ἐπ' αὐτῇ σιωπῆς εὐρών δόγμα*. Ac aliud est Peloponnesiorum adagium, quod huic Atheniensium aptissime congruit itemque a numo ductum est: *τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι*.³⁾

Sed quaenam fuit origo typi? Athenienses Palladem venerantes eique numos censecrantes principio bove notaverunt? Facillime res enodatur. Curtius enim coniecit, antiqua illa numismata, quondam in Attica reperta varieque insignita, non Atheniensa at Euboica esse,⁴⁾ qua in opinione assensum habet quum aliorum tum Imhoofi-Blumeri,⁵⁾ qui dicit, etiam

¹⁾ Plut. Sol. c. 23: *εἰς μὲν γε τὰ τιμήματα τῶν θυσιαῶν λογίζεται (Σόλων) πρόβατον καὶ δραχμὴν ἀντὶ μεδίμνου. λύκον δὲ τῷ κομισάντι πέντε δραχμὰς ἔδωκε, λυκιδέα δὲ μίαν, ὣν φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, τὸ μὲν βοῦς εἶναι, τὸ δὲ προβάτου τιμήν.*

²⁾ Menandri et Philemonis reliquiae p. 10 sq.

³⁾ Pollux IX. 74.

⁴⁾ Hermes X 225 sqq.

⁵⁾ Abhandl. d. Berl. Akad. d. W. 1881 p. 656.

in Sicilia multos *στατήρας* protractos esse, qui Corinthiorum ὀ denotati non Syracusanis solum sed etiam aliis Graecorum urbibus adscribendi essent, quum hanc in insulam Graeci ad commercium faciendum undique convenissent. Ac profecto et rota et equus, duo ex typis illorum exemplarium, Euboica moneta perhibentur.¹⁾ Nec fortuito Euboicorum numi in Atticam delati sunt, sed multis mercaturae rebus Athenienses eis ac praesertim Eretriensibus annexi erant: hinc scientiam rei numariae didicerunt. Itaque si bos Eretriensium typus est, si Athenienses *διδραχμα* boves nominant, veri non tam dissimile est, hos ab illis insigne suum assumpsisse. Temeraria quidem videtur haec coniectura, sed exempla non deficient: Thasii commerii causa quaedam suorum numismatum ad morem finitimarum gentium Thraciarum pensaverunt et signaverunt;²⁾ Alexander primus, rex Macedonum, postquam Bisaltos sibi subegit ad eorum monetam rettulit suam eorumque typum usurpavit;³⁾ Persae Lydis devictis aliquamdiu Sardianorum leone numos suos notaverunt;⁴⁾ *χελῶναι* non modo Aegineticae sed omnino Peloponnesiacae fuerunt.⁵⁾ Nec aliam habet originem, si eandem formam quadrati incusi in urbibus vel apud gentes servatam persentimus, quae antea aliquo vinculo adstrictae fuerunt ad eos, qui primum id adhibuerunt; velut Aegineticum quadratum incusum in moneta Naxiorum et Orohomeniorum aliorumque Boeotiorum invenitur,⁶⁾ Teium in moneta Abderitarum, Orresciorum, Edonorum, Bisaltorum, Macedonum aevi Alexandri primi.⁷⁾ Atheniensibus ergo Euboici partitionem numismatum ac initio typum quoque dederunt.

Sed unum superest, ut exploremus, quo modo Delii idem didrachmorum genus acceperint. Ac notum est, Athenienses ludos Deliacos et Pisistrato tyranno et belli Peloponnesiaci aetate denuo constituisse maioremque ad dignitatem perduxisse, i. e. postquam Pisistratus iterum Athenas redierat (ao. 541 a. Ch.) et anno quadringentesimo vicesimo

¹⁾ cf. Num. Chron. 1875 p. 279. Quam ob causam Gardnerus signum effigiei Gorgoneae antiquae Atheniensium monetae derogat, equidem non video.

²⁾ Brandis l. l. p. 209. 507.

³⁾ Brandis l. l. p. 211. Imhoof-Blumer: Monnaies grecques p. 82. Herod. V 17.

⁴⁾ Soutzo l. l. p. 13. 15.

⁵⁾ Pollux IX 74: καὶ μὴν τὸ Πελοποννησίων νόμισμα χελώνην τινὲς ἤξιον καλεῖν ἀπὸ τοῦ τυπώματος. Hesych. s. γ. χελώνη τὸ ὑποπόδιον. καὶ νόμισμα Πελοπονησιακόν. cf. Eckhel l. l. II. p. 228 sq.

⁶⁾ Num. Chron. 1881 p. 185.

⁷⁾ Brandis l. l. p. 206 sq.

quinto a. Ch.
natus est po
quisquam pu
satis constat
noctuamque i
ensium numi
prius quam n

Scriptore
immemores, e
iunxerunt, qu
et iudicaverun
scripsit: εἰδέν
ἐνεαβοίων“ e
τῶν νομισμάτων
χάϊον ἔδος.
nium primum
certae aetati
tiquitus iam
leges Atheni
Quid autem
ex insignibus
thonio victo
Theseus opt
perdoctam, h

Multo m
legimus (Pol
τέλης φησὶν,
καὶ θρέψας,
τῶν Πηγίων
ne addubiter
Rheginorum
impedimento
patrem, men

¹⁾ Herod. I
²⁾ Beulé l
postérieures a S
(Num. Chron. 18
aliter Imhoofus
³⁾ Haud it
dicentem, These
ferri vellent, du

quinto a. Ch.¹⁾ Tunc ritus ille bovem pronunciandi nimirum natus est posteaque permansit ut institutum cultus. Nec quisquam putabit aliud ac Pisisistrati aevum hic quaeri, quia satis constat Athenienses quinto saeculo numis caput Palladis noctuamque impressisse. Adice, quod antiquissima Atheniensium numismata quae usque ad haec tempora duraverunt, prius quam medio sexto a. Ch. saeculo vix percussa sunt.²⁾

Scriptores iam recentiores propriae significationis βοῶν immemores, eam cum vetusta illa maiorum consuetudine coniunxerunt, qui in rebus permutandis bestiis aliisque usi sunt, et iudicaverunt, hinc signum petatum esse. Quapropter Pollux scripsit: εἰδέναι δ' αὐτὸ καὶ Ὅμηρον νομίζουσαν εἰπόντα „ἐκατόμβοι ἐννεαβοίων“ et Schol. Iliad. annotavit: ὕστερον ἐφευρεθέντων τῶν νομισμάτων βοῶν ἐπ' αὐτῶν ἐξετύπου, ἐνδείκνυμενοι τὸ ἀρχαῖον ἔθος. Alia fuit ratio Plutarchi, qui dicit Theseum omnium primum bove insignivisse. Nam quum numismata illa certae aetati attribuere vellet et persuasum haberet, ea antiquitas iam cusa esse, in Theseum incidit, qui quascunque leges Atheniensium moresque semper videbatur condidisse.³⁾ Quid autem magis in promptu erat, quam ut originem typi ex insignibus herois facinoribus duceret et ex tauro Marathonio vincto, ex Minotauro devicto, aliis e rebus de quibus Theseus optime meritus erat, explanationem suam, credo perdoctam, hauriret.

Multo magis sunt perspicua, quae de Rheginorum typis legimus (Poll. V. 75): Ἀναξίλας ὁ Πηγῖνος οὖσης, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, τῆς Σικελίας τέως ἀγόνου λαγῶν, ὁ δὲ εἰσαγαγὼν καὶ θρέψας, ὁμοῦ δὲ καὶ Ὀλύμπια νικήσας ἀπήνη, τῷ νομίσματι τῶν Πηγῖνων ἐνετύπωσεν ἀπήνην καὶ λαγῶν. Quod testimonium ne addubitemus, et ipsa Aristotelis auctoritas postulat, et Rheginorum Messaniorumque numi, ab Anaxilao tyranno cusi, impedimento sunt. Similiter Philippum, Alexandri Magni patrem, memoriam victoriae Olympicae typo numario cele-

¹⁾ Herod. I 64. Thucyd. III 104. cf. Curtius: Griech. Gesch. I⁴ p. 345.

²⁾ Beulé l. l. p. 29: „or ces pièces (archaïques) paraissent presque toutes postérieures à Salon, et du temps de Pisistrade et des Pisistratides“. Gardnerus (Num. Chron. 1875 p. 279 not.) vetustissima exemplaria aetati Solonis adscribit; aliter Imhoofus-Blumerus exposuit (l. l.).

³⁾ Haud ita multo abhorret, si Aristophanes facete Herculem facit dicentem, Theseum etiam apud inferos id constituisse, ut, qui Styga transferri vellent, duos obolos nautae solverent (Ran. 138 sqq.):

Δ. εἶτα πῶς περαιωνθήσομαι;

HP. εὐπλοιαρίῳ τυννούτῳ σ' ἀνὴρ γέρον
ναύτης διάξει δὺ' ὀβολῶν μισθὸν λαβών.

Δ. φεῦ ὡς μέγα δύνασθον πανταχοῦ τῶ δὺ' ὀβολῶ.
πῶς ἠλθέτην ἐκείσε; HP. Θησεὺς ἤγαγεν.

brasse, Plutarchus tradit (Alex. c. 4): οὔτε γὰρ ἀπὸ παντὸς οὔτε πᾶσαν ἡγάπα (sc. Ἀλέξανδρος) δόξαν, ὡς Φίλιππος λόγου τε δεινότητι σοφιστικῶς καλλωπιζόμενος καὶ τὰς ἐν Ὀλυμπία νίκας τῶν ἀρμάτων ἐγχαράττων τοῖς νομίμασιν, ἀλλὰ... et aurei regis στατήρες confirmant quorum posterior pars bigam exhibet.¹⁾

His adiungamus Luciani de Sidonia moneta verba (περὶ τῆς Συρίας θεοῦ c. 4): τὸ νόμισμα τῷ Σιδώνιοι χρέονται τὴν Εὐρώπην ἐφεξομένην ἔχει τῷ ταύρω τῷ Δί, quae numismatis huius urbis liquido confirmantur.²⁾

Nec minorem habent fidem, quae de signis Samiorum apud Suidam proferuntur. Suid. s. v. Σαμίων ὁ δῆμος. οἱ δὲ ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιζον γλαυκί, Σάμιοι δὲ τῇ σαμαίνῃ... ἔστι πλοῖον δίχροτον, ὑπὸ Πολυκράτους πρῶτον κατασκευασθὲν τοῦ Σαμίων τυράννου ὡς Λυσίμαχος ἐν δευτέρῳ Νόστων. τὸ δὲ πλάσμα Δούριδος. οἱ δὲ τὴν σάμειναν νόμισμα εἶναι. Quod autem ad formam σαμαίνης attinet, quae in numis iam priscae aetatis incisa est, Plutarchus eam accuratius descripsit (Pericl. c. 26): ἡ δὲ σάμεινα ναῦς ἐστὶν ὑπόπρωρος μὲν τὸ σίωμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ γαστροειδής, ὥστε καὶ φορτοφορεῖν καὶ ταχυναυτεῖν.³⁾

Copiosior est, quam Aelianus de insigni Iasiorum asser-
vavit memoriam (de nat. anim. VI. 15): Gymnasium Iasiorum prope litus erat, ut adolescentes, palaestri exercitationibus defatigati, statim in fluctibus lavarentur seseque reficerent. Unum ex iis, pulchritudine excellentem, delphinus aliquis adamat, ac dorso ultro praebito in altum eum, quoad hic vult, evehit et in oram reportat. Quotidie ad horam praesto est. Sed aliquando puer amatus nimis fessus in delphinum se praecipitat neque animadvertit, aculeum tergi erectum esse; umbilico transfixo e vita excedit: καὶ πως ἔτυχεν ἡ τοῦ ζόφου ἄκανθα ἢ κατὰ τοῦ νότου ὀρθῆ οὖσα, καὶ τῷ ὠραίῳ τὸν ὀμφαλὸν κεντεῖ. Delphinus autem, quia onus magis magisque leviter incubat undaeque cruentum colorem ducunt, persentit, adolescentulum animam efflavisse, et summo dolore affectus, quum ipse interempto superesse nolit, maxima cum celeritate in litus adnatat, ut ex vehementi appulsu mortem accipiat:

¹⁾ cf. Transact. Roy. Soc. Litt. X 427 sqq.: Reginald Poole, The use of the coins of Kamarina in illustration of the fourth and fifth Olympiam odes of Pindar. p. 429

²⁾ Leake: Num. Hellen. As. Gr. p. 114.

³⁾ cf. Herod. III 59: καὶ τῶν νηῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πύρας ἠκρωτηρίασαν (οἱ Ἀθηναῖοι) καὶ ἀνέθεσαν ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Ἀγίνῃ. — Graser: de veterum re navali. Berol. 1864. id: Die ältesten Schiffsdarstellungen auf antik. Münzen. Berol. 1870.

ἀμειβόμενοι δὲ
τάφον κοινὸν ἄ
ἐπέστησαν...
ἀργύρου καὶ χα
πάθος. Hac

eodem puero
ante haec si
amore spectat
sequitur, in ha
magnus Babyl
numinis propit
Iasios eiusmoc
tam.¹⁾ cum ty
cui cum puero
Apollinis Delp

Non pauca
sunt. Nomen
Hic, Cycni Tr
catus, per vim
cui illa aequa

eiectus est. A
incolis recepti
regem seseque

Theseus cum
memorabili sui
alii alium ser
zantii verba a

Τενέδιος πέλεκα
ἀποκοπτόντων
Ἀριστείδης καὶ
δὴ τὰ συμβάντα

τέλης ἐν τῇ Τεν
ἔθηκε, τὸν κατα
ἐπειδὴ δὲ συνέβη
καὶ περὶ τοῦ ἰδίου

εἰς παροιμίαν π
Διὰ τοῦτο φησι
ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ
εἰς ὑπόμνησιν
(s. v. Τενέδιος)

¹⁾ De aliis hu
studiis Herodoteis.
²⁾ Heraclid. H
Graec. c. 28.

ἀμειβόμενοι δὲ Ἰασεῖς τὴν φιλίαν ἐκείνων ἰσχυράν, ἀπέφηναν
τάφον κοινὸν ὠραίου μειρακίου καὶ δελφίνου ἐρωτικοῦ, καὶ στήλην
ἐπέστησαν . . . καλὸς παῖς ἵππεύων ἐπὶ δελφίνου ἦν καὶ νόμισμα δὲ
ἀργύρου καὶ χαλκοῦ εἰργάσαντο, καὶ ἐνέθλασαν σημεῖον τὸ ἀμφοῖν
πάθος. Hac ab narratiuncula paullulum abhorrent, quae de
eodem puero apud Plinium leguntur (IX. 8, 27 ed. Sill.):
„ante haec similia de puero in Iaso urbe memorantur cuius
amore spectatus longo tempore, dum abeuntem in litus avidè
sequitur, in harenam invectus exspiravit; puerum Alexander
magnus Babylone Neptunio sacerdotis praefecit amorem illum
numinis propitii fuisse interpretatus“. Quamquam apparet
Iasios eiusmodi fabellam, similiter aliis quoque locis narra-
tam,¹⁾ cum typo numario connexuisse. Signum quidem ipsum,
cui cum puero illo vix quidquam rei est, videtur ad cultum
Apollinis Delphini referendum esse.

Non pauca denique de Tenediorum nota numaria tradita
sunt. Nomen quidem insulae a Tene rege originem ducit.
Hic, Cycni Troadis regis filius, a noverca in suspicionem vo-
catus, per vim eam se stupraturum fuisse, una cum sorore,
cui illa aequè insidias parabat, arcae inclusus et in mare
eiectus est. Ad Leucophrym insulam appulsi¹⁾ benigne ab
incolis recepti sunt, qui paullulum post Tenem creaverunt
regem seseque Tenedios ab eo nominaverunt.²⁾ Hic sicut
Theseus cum primitiis patriae monetae connexus ex quodam
memorabili sui regni evento fictus est typos petivisse, quibus
alii alium sensum subdiderunt. Ac primum Stephani By-
zantii verba apponamus (s. v. Τένεδος): ἔστι καὶ ἑτέρα παροιμία,
Τενέδιος πέλεκυς, ἐπὶ τῶν ἤτοι πικρῶς ἢ καὶ μᾶλλον συντόμως
ἀποχοπτόντων τὰ ζητήματα καὶ τὰ ἄλλα πράγματα. καὶ φησιν
Ἀριστείδης καὶ ἄλλοι τὸν ἐν Τενέδῳ Ἀπόλλωνα πέλεκυν κρατεῖν
διὰ τὰ συμβάντα τοῖς περὶ Τένην. ἢ μᾶλλον ὡς φησιν Ἀριστο-
τέλης ἐν τῇ Τενεδίων πολιτείᾳ, ὅτι βασιλεύς τις ἐν Τενέδῳ νόμον
ἔθηκε, τὸν καταλαμβάνοντα μοιχοῦς ἀναιρεῖν πελέκει ἀμφοτέρους.
ἐπειδὴ δὲ συνέβη τὸν υἱὸν αὐτοῦ καταληφθῆναι μοιχόν, ἐκύρωσε
καὶ περὶ τοῦ ἰδίου παιδὸς τηρηθῆναι τὸν νόμον, καὶ ἀναιρεθέντος
εἰς παροιμίαν παρήλθε τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῶν ὠμῶς πραττομένων.
Διὰ τοῦτό φησι καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος τῶν Τενεδίων κεχαράχθαι
ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει πέλεκυν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου δύο κεφαλὰς
εἰς ὑπόμνησιν τοῦ περὶ τὸν παῖδα παθήματος. Haec Suidas
(s. v. Τενέδιος ξυνήγορος) partim testatur partim uberius

¹⁾ De aliis huius generis fabellis cf. Wernicke: De Pansaniae Periegetae
studiis Herodoteis. Berol. 1884 p. 103 sq. (epim. II).

²⁾ Heraclid. Pont. in Frgm. Hist. Gr. II p. 213. Plutarch Quaest.
Graec. c. 28.

tractat: καὶ παροιμία· Τενέδιος πέλεκυς. Ἀριστοτέλης μὲντοι, ὅτι βασιλεὺς Τενέδιος μετὰ πελέκεως δικάζων τὸν ἀδικοῦντα εὐθέως ἀγγῆρει. ἢ ὅτι Ἀσσερίνα τόπος ἐν Τενέδῳ, ἔνθα ποταμίσκος, ἐν ᾧ καρκίνοι τὰ χελώνια διηρθρωμένα ἐπὶ πλεῖον ἔχοντες καὶ πελέκει ἐμφερῆ· ἢ ὅτι βασιλεύς τις νόμον θεῖς, πελέκει τοὺς μοιχοὺς ἄμφω κατατομεῖν, καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου ἐτήρησε τοῦτο. καθ' ὃ καὶ ἐν τῷ νομίσματι ἐφ' οὗ μὲν πέλεκυς, ἐφ' οὗ δὲ δύο πρόσωπα ἐξ ἑνὸς ἀγένης.¹⁾ Tres igitur explicationes habemus, unam Aristotelis, aliam Aristidis, aliam ut opinor vulgarem. Aristoteli quidem ansam dedit proverbialis illa elocutio, qua quis significatur, qui perceleres perque acerbis capit poenas. Quum persuasum haberet, exordium adagii et typorum idem esse, ac memoriam legis novisset, qua Tenes adulterium vetuisse ferebatur, nimirum hanc legem, cuius auctorem in medio relinquit, quasi fundamentum utriusque putavit. Quamquam hanc praeclari philosophi interpretationem non comprobabimus, tamen pluris eam aestimabimus, quam aliam illam, quae bipennem numerum ex peculiari forma testarum quorundam cancrorum vult tractam esse. Multo vero propius videtur Aristides rebus veris accedere opinatus hoc insigne cum Apolline cohaerere. Namque in cultu imprimis Asiaticarum gentium bipennis obvenit ac potissimum Carum, qui Iovi eam attribuerunt;²⁾ praeterea Thracum Lycurgo ea dari solet.³⁾ Ac si multi viri docti probaverunt, hanc deorum notam ad priscam quandam victimas immolandi consuetudinem spectare.⁴⁾ Aelianus similia de Tenediis asservavit, quos dicit vitulum vaccae, Baccho dedicatae, cothurno exornasse deoque sacrificasse, deinde sacerdotem, qui eum interfecisset, lapidibus iactantes ad litus prosecutos esse.⁵⁾ Quod enim Baccho ea sollemnia fiebant, ad hunc typum non multum interest, quandoquidem alibi quoque Bacchus et Apollo religione Graecorum artissime connectebantur.⁶⁾ Itaque huc videtur referenda esse bipennis numerum; certe ex adagio illo petita non est.⁷⁾

¹⁾ cf. praeterea Plutarch. de Pyth. orac. c. 12: καὶ Τενέδιοι τὸν πέλεκυν (sc. ἀναθεῖναι λέγονται) ἀπὸ τῶν καρκίνων τῶν γινομένων περὶ τὸ καλούμενον Ἀστέριον παρ' αὐτοῖς μόνοι γὰρ, ὡς εἴκεν, ἐν τῷ χελωνίῳ τύπον πελέκεως ἔχουσι.

²⁾ Preller: Griech. Mythol. I p. 112 n. 2.

³⁾ Comptes Rendus 1863 p. 130 sqq. Archäol. Zeitg. 1869 p. 53 sqq. 1872 p. 66 sqq.

⁴⁾ Welcker: Griech. Götterl. I p. 444. Schömann: Griech. Altertüm. I p. 245. 253. Gardner: The types of Greek coins p. 70.

⁵⁾ Aelian. de nat. anim. XII c. 34.

⁶⁾ cf. Gardner l. l. p. 175.

⁷⁾ Similiter saepius narratur legumlatores ipsos suarum legum poenis affectos esse. Unum tantummodo Charondam proferamus, qui constituisse dicitur, ut nemini liceret armatum contionibus interesse. Itaque ipse, quum

Nec secus p
ancipitem alte
eiusmodi effi
quas deos r
igitur iure L
tores secutus
ac summa cu
cendos esse
sely the cha
inelegant des
for a Iuno
ita sunt, app
Bacchum cult
sit, ut narrat
etsi compertu
Apollini sacr
ab eo, qui si
haerere, testa
quum commen
statim uniu
immortalibus

Restat, u
agamus, quae
νόμων aut reg
bus nominibu
vais et Athen
loco praeterm
Quum ex Phi
appellata esse
sermonis affer

et Plut. Lys.
(sc. τοὺς ἐφό

quando rure reve
legem violare ins
sibi intulit. Dic
Sitzungsber. der
¹⁾ Numism.
²⁾ Doctrina
³⁾ Types p.
⁴⁾ cf. imprim
⁵⁾ v. supra

Nec secus pro auctoritate habendum est, quod Aristoteles ancipitem alterius partis faciem indidem ducit. Saepius enim eiusmodi effigies moneta Asiaticorum et Thracum perhibentur, quas deos repraesentare nemini fere dubium videtur. Suo igitur iure Leakeus¹⁾ Eckhelio repugnat, qui antiquos scriptores secutus Tenem Hemitheamque effictos esse censuerat,²⁾ ac summa cum probabilitate hic Iovem et Iunonem cognoscendos esse suspicatur: „for one of the heads bears precisely the character of a Iupiter, and the other, though of inelegant design, and too masculine, was intended probably for a Iuno“ Similia Gardnerus nuper disseruit.³⁾ Quae si ita sunt, apparet Tenediis Iovem et Iunonem, Apollinem et Bacchum cultu coniunctos fuisse. Sed quaeritur, qui factum sit, ut narratio illa de testis cancrorum oriretur. Ac facile, etsi compertum nihil habemus, conici potest, has bestias Apollini sacras fuisse, eamque ob causam typum numarium ab eo, qui sibi persuasisset cum deis insignia numorum cohaerere, testae huius peculiaris ope explicatum esse. Nam quum commenticia et vana haec memoria omnino non videatur, statim unicuique in mentem venit, cancris aliis quoque locis immortalibus attributos ideoque in numismatis insculptos esse.⁴⁾

III. Nomina vulgaria.

Restat, ut de vulgaribus quorundam numorum nominibus agamus, quae typis eorum debita, prout moneta urbium *αὐτονόμων* aut regum est, ab insignibus illarum aut ab imaginibus nominibusque horum petita sunt. Ac Saminorum *σαμαίναις* et Atheniensium *βουσί*, quae supra iam tetigimus, hoc loco praetermissis statim ad *γλαῦκας* Atheniensium accedamus. Quum ex Philochori verbis antea ascriptis tetradrachma sic appellata esse cognoverimus,⁵⁾ pauca iam exempla huius usus sermonis afferamus. Arist. Aves 1106:

γλαῦκες ὑμᾶς οὔ ποτ' ἐκλείψουσι Λαυριωτικαί

et Plut. Lys. v. 16: *φράζει θεράπων τοῦ Γυλίππου πρὸς αὐτοὺς (sc. τοὺς ἐφόρους) αἰνιξάμενος ὑπὸ τῷ κεραμεικῷ κοιτάζεσθαι*

quando rure reversus, gladio non exuto, ad cives convocatos adiret et suam legem violare insimularetur, respondens „immo vero eam confirmabo“ manus sibi intulit. Diodor. XII 19. Alia eiusmodi nuper Dunckerus contulit: Sitzungsber. der Berl. Akad. d. W. 1883 p. 946.

¹⁾ Numism. Hellen. Ins. Gr. p. 43.

²⁾ Doctrina num. veter. II p. 489.

³⁾ Types p. 175, t. X 43.

⁴⁾ cf. imprimis Coorum notam numariam, de qua alio tempore agam.

⁵⁾ v. supra p. 20 n. 1.

πολλὰς γλαῦκας. Quod nomen ad noctuam, notissimum Palladis symbolum, sexcenties Atheniensium numis impressam, spectare manifestum est.

Alia porro nomina similia a Polluce asservata sunt, qui tradit quaedam Atheniensium numismata Pallades, virgines, puellas, Corinthiorum pullos dicta esse (IX 74 sqq.): ἀλλὰ καὶ κόρη νόμισμα παρ' Ἀθηναίους ἦν, ὡς Ὑπερείδης φησὶν, τῷ παιδίῳ τῆς ἐν Βραυρῶνι ἱερείας τῶν ἀναθημάτων τι λαβόντι παραβληθῆναι λέγων ἐπὶ πείρα συνέσεως κόρην καὶ τετράδραχμον, κάπειδ' ἂν τὸ τετράδραχμον εἴλετο, δόξαι διακρίνειν ἤδη τὸ κέρδος δύνασθαι. τάχα δ' ἂν εἴη κόρη, ὡς Εὐριπίδης ὠνόμασε παρθένον ἐν Σκίρωνι, λέγων περὶ τῶν ἑταιρίδων τῶν ἐν Κορίνθῳ

καὶ τὰς μὲν ἄξῃ, πῶλον ἂν διδῶς ἕνα,
τὰς δὲ ξυνωρίδ'.¹⁾ αἱ δὲ κατὰ τεττάρων
φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ
τὰς ἐξ Ἀθηῶν παρθένους, ὅταν φέρῃς
πολλὰς.²⁾

τὰς μὲν οὖν παρθένους λέγοι ἂν τὰς κόρας, αἷς ἐνκεχάρακτο Ἀθηναῖς πρόσωπον, ὅθεν τὸ νόμισμα τοῦτ' Εὐβούλος ἐν Ἀγγίση καλεῖ Παλλάδας³⁾, πῶλον δὲ τὸ νόμισμα Κορίνθιον, ὅτι Πήγασον εἶχεν ἐντετυπωμένον. Ad κόρας quidem Gardnerus mihi videtur suo iure annotasse eas drachmas forsan fuisse, quum pateret, eas minus quam tetradrachma valuisse et didrachma, quae Euripidis certe aetate abolita erant, boves vocata esse. Nec quempiam fugit, tria illa Atheniensium vocabula numaria omnia ad Palladis caput, signum anterioris partis, referenda esse. Quod autem ad πῶλους Corinthiorum attinet, poeta aptissime hoc vocabulo usus est, ut meretrices significaret, quandoquidem πῶλος et pullorum equinorum et puellarum notionis est.

His adiunge χελῶνας Aegineticorum et φωκαΐδας Phocaeensium, quorum alterius mentionem iam fecimus, quum ad βοῦς explanandos proverbium illud: τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σοφίαν νικᾶντι αἱ χελῶναι apposuissemus. Mentione praeterea dignum est, quod Eupolis Polluce auctore⁴⁾ obolum Aegineticum ὀβολὸν τὸν καλλιχέλωνον dixerat, haud dubie propter pulchram typi formam. Alterum Pollux attingit, qui scribit (IX. 93): Θουκυδίδης⁵⁾ μὲν δὴ καὶ στατήρας τινὰς Φωκαΐτας κέκληκεν, ἦν δὲ τι καὶ νομίσματος εἶδος οὕτως ὀνομαζόμενον· φησὶ γοῦν ἐν τοῖς Ἀποφθέγμασιν ὁ Καλλισθένης ὑπὸ Εὐβούλου τοῦ Ἀταρνεῖτου τὸν ποιητὴν Περσῖνον ἀμελούμενον εἰς Μυτικλήνην ἀπελθόντα θαυμά-

¹⁾ ξυνωρίδα i. e. δύο πῶλους cf. Valckenaer ad Eurip. Phoen. v. 331.

²⁾ Nauck: Fragm. trag. Graec. p. 451.

³⁾ Meineke: Fragm. comic. Graec. ed. mai. III p. 204.

⁴⁾ IX 74.

⁵⁾ Thucyd. IV c. 52.

ζονται γράφαι δὲ
λέγη μᾶλλον ἢ
sexta στατήρας
illo marino tr
Medii int
turus sum ab
sarum sunt, i
repraesentabat
legitur: τοῦ Π
ζευγνύων ἐφ
Ἀσίας. Arcus
in opere illo
donannum fug
attributa.³⁾

Hoc idem
est, quia Da
curavit primu
auctoritatis re
οἱ Δαρεικοὶ ἀπ
σιν τοῦ χρυσίου
Δαρείος μὲν γ
τατον, νόμισμα
quum multie
corrumpebant
601sq.):

πῶς οὖν

καὶ Δαρ

Praeter
gnificationes
καταλόγω προσ
Δαρεικοὶ καὶ τ
μαϊκόν, καὶ Δη
ἢ Δημαρέτη Γε
ἀποροῦντος ἀ
συγχωνεύσασα

Ac Philip
a. Ch. saecul
erant. Hinc
Nam Plautus

¹⁾ ἔκται φωκα

²⁾ Heydeman

³⁾ cf. Curtius

Arrian. Anab. II

⁴⁾ Diodor. X

Φιλίππειον.

ζονται γράφαι διότι τὰς Φωκαίδας, ἃς ἔχων ἦλθεν, ἥδιον ἐν Μυτιλήνῃ μᾶλλον ἢ ἐν Ἀτάρῃ καταλλάττει. Etiam hoc nomen, quo sexta στατῆρος pars notari solet, a signo numorum, vitulo illo marino tractum est.¹⁾

Medii inter haec quae attuli vocabula et ea quae allaturus sum ab imaginibus principum assumpta, τοξόται Persarum sunt, ita nominati, quod rex in eis sagittarii instar repraesentabatur. Nam apud Plutarchum (Ages. c. 15) legitur: τοῦ Περσικοῦ νομίματος χάραγμα τοξότην ἔχοντος ἀναξευγνύων ἔφη μυρίοις τοξόταις ὑπὸ βασιλέως ἐλαύνεσθαι τῆς Ἀσίας. Arcus semper fuit proprium insigne regis Persarum. in opere illo musivo, quod Alexandrum fertur Darium Codonannum fugantem depingere,²⁾ ac saepenumero in numis ei attributa.³⁾

Hoc idem numismatum genus etiam Δαρεικοί appellatum est, quia Darius qui Persarum rem numariam diligenter curavit primum sua effigie numos denotaverat, ut signum eis auctoritatis regiae esset. Quamobrem Pollux annotat (III. 87): οἱ Δαρεικοὶ ἀπὸ Δαρείου, ὡς ὑπὲρ ἐκείνου ἀκριβοθέντες εἰς κάθαρσιν τοῦ χρυσοῦ, quibuscum Herodotum compares (IV. 166): Δαρείος μὲν γάρ, χρυσοῖον καθαρώτατον ἀπεψήσας ἐς τὸ δυνατώτατον, νόμισμα ἐκόφαστο. Tritissimum erat Graecis hoc nomen, quum multi eorum ex parte Persarum stabant eorumque auro corrumpebantur, quo hi Aristophanei versus spectant (Eccles. 601sq.):

πῶς οὖν ὅστις μὴ κέκτηται γῆν ἡμῶν, ἀργύριον δὲ καὶ Δαρεικούς, ἀφανῆ πλοῦτον.

Praeter Δαρεικούς Pollux in libro nono (c. 85) alias significationes numarias commemorat: ἴσως δὲ τῶν ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ Κροίσειοι στατῆρες, καὶ Φιλίππειοι, καὶ Δαρεικοί καὶ τὸ Βερενίκιον νόμισμα καὶ Ἀλεξάνδρειον καὶ Πτολεμαϊκόν, καὶ Δημαρέτιον, ὧν τοὺς ἐπωνύμους γνωρίζοντων ἀπάντων, ἢ Δημαρέτη Γέλωνος οὖσα γυνή, κατὰ τὸν πρὸς Λίβυας πόλεμον ἀποροῦντος αὐτοῦ, τὸν κόσμον αἰτησαμένη παρὰ τῶν γυναικῶν, συγχωνεύσασα νόμισμα ἐκόφαστο.

Ac Philippei, a Philippo Macedonum rege cusi,⁴⁾ quarto a. Ch. saeculo sola propemodum Graecorum aurea moneta erant. Hinc nomen Φιλίππειον ad Romanos propagatum est. Nam Plautus et Terentius ex fabulis Novae Comoediae

¹⁾ ἔχται φωκαίδες cf. C. J. G. n. 150 A. l. 41. 43. ibid. p. 236.

²⁾ Heydemann: Alexander d. Gr. u. Dareios Kodomannos. 1883.

³⁾ cf. Curtius: Die knienden Figuren der altgriech. Kunst t. n. 1. Arrian. Anab. II 11, 5. III 15, 5.

⁴⁾ Diodor. XVI 8: νόμισμα χρυσοῦν κόφας τὸ προσαγορευθὲν ἀπὲρ ἐκείνου Φιλίππειον.

Atticae id acceperunt et ad numismata aurea, Romanis tunc ignota, usurpaverunt, velut his ex versibus Plauti elucet: Trimum. 953sq.:

An ille tam esset stultus mihi qui mille numum crederet Philippum, quod me aurum deferre iussit ad gnatum suum? et Asinar. 153sq.:

Unum quodque istorum verbum numis Philippis aureis

Non potest auferre hinc a me, siquis emptor venerit.

Posteriore aetate Romani pecuniam ipsam, non quoddam eius genus, ita vocaverunt: „Philippei nostri vultus“ imperator Valerianus dicit; „argentei Philippei minutuli“ et „aerei Philippei“ alibi obveniunt.¹⁾

Δημαρέτεια porro haud ita multo post clarissimam illam Gelonis victoriam Himerensem (ao. 480 a. Ch.) emissa esse, Mommsenius demonstravit.²⁾ Diodorus enim narrat,³⁾ Carthaginienses Demaretæ tyranni uxori, propter secundas pacis condiciones, quas a coniuge petivisset, auream centum talentum coronam donavisse, qua ea ad numos percutiendos usa esset. καὶ στεφανωθείσα ὑπὲρ αὐτῶν ἑκατὸν τάλαντοις χρυσοῦ, νόμισμα ἐξέκοψε, τὸ κληθὲν ἀπὸ ἐκείνης Δημαρέτειον τοῦτο δ' εἶχεν Ἀττικὰς δραχμὰς δέκα, ἐκλήθη δὲ παρὰ τοῖς Σικελιώταις ἀπὸ τοῦ σταδμοῦ πεντηκοντάλιτρον. Plura exemplaria, signo leonis currentis notabilia, quod typo quadrigae additum est, ad nostrum aevum permanserunt,⁴⁾ eximiae pulchritudinis, sed Demaretæ caput non perhibentia.

Ἀλεξάνδραιοι autem ab impressa regia facie drachmæ et oboli dicebantur. Quamobrem a Polybio traditur (XXXIV 8. 7): καὶ ὁ μὲν τῶν κριθῶν Σικελικὸς μέδιμνός ἐστι δραχμῆς, ὁ δὲ τῶν πυρῶν ἐννέα ὀβολῶν Ἀλεξανδρινῶν, et ab Appiano (Sicil. II 24): ἔχει δὲ τὸ Εὐβοϊκὸν τάλαντον Ἀλεξανδρείου δραχμὰς ἑπτακισχιλίους.⁵⁾

Ad *Κροισείους στατῆρας*⁶⁾ denique *Γυγάδας χρυσός* addatur quem a Gyge prisco Lydorum rege emissum Lenormantius repperisse sibi videtur.⁷⁾

Postremo numi saepenumero ab urbe, cuius a magistratibus feriebantur, nominata sunt. Nam in inscriptionibus templi Deliaci et Eleusini, brevi antehac promulgatis, enumerantur: *στατῆρες Αἰγινᾶιοι, Ἐφέσιοι, Κορίνθιοι, Κρητικοί, Κυζικηνοί*

¹⁾ Mommsen: Geschichte des röm. Münzwes. p. 782 n. 135.

²⁾ ibid. p. 70.

³⁾ XI c. 26.

⁴⁾ Num. Chron. 1874 p. 8.

⁵⁾ cf. Hultsch l. l. p. 245 n. 4.

⁶⁾ Num. Chron. 1881 p. 300 n. 63.

⁷⁾ Pollux III 87: εὐδόκιμος δὲ καὶ ὁ Γυγάδας χρυσὸς καὶ οἱ Κροισεῖοι στατῆρες

δραχμαὶ Ἀττικὰ,
ὀβολὸς Δελφικὸς
tereunda sunt,

Quae igitur
intelleguntur,
sunt neque omnia
apparet, signa
perspicendas
moneta deorum
hibebat. Quae
monetalibus colli-

¹⁾ Les monnaies

²⁾ Bulletin de

1883 p. 243 sqq.

δραχμαὶ Δηλία, Ἀιγναία, Ῥοδία, Σικωνία, Φωκαῖς, Χαλκιδική, ὀβολὸς Δελφικοῦ νομίσματος, Ἰστιαϊκὸν νόμισμα.¹⁾ Sed haec praetereunda sunt, quandoquidem ad typos nihil valent.

Quae igitur his ex locis antiquorum scriptorum de typis intelleguntur, quamquam scitu digna tamen et perpauca sunt neque omnia plenam auctoritatem et fidem habent. Sed apparet, signa numorum maximam utilitatem et ad alias res perspiciendas et ad mythologiam illustrandam afferre, quia moneta deorum propria erat eorumque nimirum notas perhibebat. Qua re nostrum erit, ut quarundam urbium insignibus monetalibus collatis ad mythologiam clariore luce collustrandam materiam colligamus.

¹⁾ Les monnaies royales de la Lydie.


²⁾ Bulletin. de corresp. hellén. 1882 p. 132. cf. Journ. of Hellen. stud. 1883 p. 243 sqq. Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1883 p. 126.

Vita.

Natus sum Emil Karl August Eisenbeck Gedani Calendis Junii anni h. s. LVIII, patre Carolo, quattuor ante annis iam mortuo, matre Guilelma e gente Prehn. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis in schola, quae civilis appellatur, imbutus a vere anni LXXII gymnasium frequentavi. Maturitatis testimonium autumnali tempore a. LXXX adeptus per quattuor semestria Lipsiae, per quattuor deinde Berolini studiis philologicis, historicis, archaeologicis operam navavi. Lipsiae me docuerunt viri doctissimi Arndt, Biedermann, G. Curtius, Gardthausen, Hahn, Heinze, Hildebrand, Hirzel, Lange, Lipsius, Masius, † Noorden, G. Voigt, Wundt, Zarncke; Berolini Bresslau, E. Curtius, Dilthey, Furtwaengler, Huebner, Kiepert, A. Kirchhoff, Mommsen, Scherer, Vahlen. Per tria semestria Lipsiae seminarii regii historici sodalis fui, et interfui proseminario regio, Zarncke seminario Germ., Hahnii societati geographicae; Berolini ad societates philologicas Vahlenus et Huebnerus, archaeologicas E. Curtius, Furtwaenglerus, Robertus, epigraphicam Kirchhoffius, historicam Weizsaeckerus benigne me admiserunt. Quibus omnibus viris doctissimis summam semper habebo gratiam, imprimis E. Curtio et Noordeno, praeceptoribus carissimis, qui optime de me meriti sunt. Ac † Guilelmi Mannhardti mentionem hic habeam, qui antequam in Universitatem iam migravi, saepius per colloquium animum meum ad mythologiam advertit. Maximas ei ago gratias.

Sententiae.

1. Paus. VI 22, 2 legendum est: *Πισαῖοι δὲ ἐφειλύσαντο αὐθαίρετον συμφορὰν ἀπεχθανόμενοι τε Ἡλείοις καὶ σπουδῆν ποιούμενοι τιθέναι τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα ἀντὶ Ἡλείων, οἷγε Ὀλυμπιάδι μὲν τῇ ὀγδόῃ τὸν Ἀργεῖον ἐπηγάγοντο Φεῖδωνα τυράννων τῶν ἐν Ἑλλήσι μάλιστα ὑβρίσαντα, καὶ τὸν ἀγῶνα ἔδρασαν ὁμοῦ τῷ Φεῖδωνι.*
2. E Pliniano loco (n. h. XXXVI 16): „Alcamenem Atheniensem, quod certum est, docuit (Phidias) in primis nobilem“ (non: id quod certum est) apparet, Plinio vel auctori, quem hic sequitur, controversiam notam fuisse, Alcamenesne Athenis an alio loco natus esset.
3. Tac. Germ. c. 26 legendum est: agri pro numero cultorum ab universis in vices occupantur.



XST.30

OVERBECK'S
TRACTS

23

NUMISMATICS



Digital ColorChecker® SG



gmb
GRETAGMACBETH

0 1 2 3 4 5 6 mm